

R-2288

SCHILLERI, Julius

Coelum stellatum christianum

• • • / Iulii Schilleri • • • opera • • • —

X Augustae Vindelicorum : [s. n.]

1627

R-2288



COELVM STELLATVM
CHRISTIANVM,

Ad maiorem DEI Omnipotentis, Sanctaeque Eius
tam Triumphantis quam Militantis ECCLESIAE Gloriam,
Obductis Gentium Simulachris,
EIDEM DOMINO ET CREATORI SVO,
postliminio quasi restitutum,
Humili donatu et Voto

IULII SCHILLERI Augustani Vincl. VI. D.
Scilicet opera

IOANNIS BAYERI IC. Vianomefrianam novam, priore
accuratiorē, locū pleniorēq. suppediantis:


MATTHIAE KAGER, Picturam primò concinnantis.
Scalpello, quā Imagines, LVCAE KILLIANI;

quā Stellas, CASPARIS SCHECKSII:
Prælo ANDRAE ABERGERI.

AVGVSTAE VINDELICORVM.

ANNO SALVTIS. MDCXXXVII.
Cum Privilegio Caesareo.





PRIVILEGIUM CÆSAREVM.



FERDINANDVS SECVNDVS, Diuina Fauente Clementia, Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae &c. Rex: Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolæ & VVirttembergæ &c. Comes Tirolis &c. Agnoscimus & notum facimus tenore presentium vniuersis, Quod cum demissè Nobis exponi curarit, Honorabilis Doctor, Noster & Sacri Imperii fidelis dilectus IVLIVS SCHILLER I. V. D. sese nouam quandam & exactam, camque Christianam Cœlestium Constellationum descriptionem, cuius Inscriptio sit, CŒLV M STELLATVM, AD MAIOREM DEI OMNINO ET CREATORI SVO POSTLIMINIO QVASI RESTITVTVM, HVMLI CONATV ET VOTO IVLII SCHILLERI &c. magno labore & diligentia concinnasse, eamq; præli beneficio publici juris facere decreuisse, Vereri autem, ne quod subinde accidere solet, æmulum dolo vel fraude, qua primas istiusmodi editiones præproperè nonnunquam & vitiosè imitari consueverint, ipse sperato laboris & impendii sui fructu ad alios inique translato fraudetur, Ac proinde Nos suppliciter rogãrit, vt in demeritis suis hoc loci priuilegio nostro Typographico clementer consulere dignaremur, Nos itaque considerantes, dictum Opus non minus iucundum, quàm publicè vtile futurum, Omnibus ac singulis Typographis, Bibliopopolis, ac aliis quibuscunque librariam negotiationem exercentibus seriò inhibemus & vetamus, ne quisquam prædictam VRANOGRAPHIAM CHRISTIANAM, siue integram, siue aliquam eius partem, citra memorati Auctoris, eiusue hæredum voluntatem & assensum, intra annos quindecim à prima editionis die computandos, quocunque modo, caractere aut forma maiori vel minori, & siue in planis coniunctim aut diuisim, siue in globis imitando, & æri incidendo, vel lignis typis inscribendo, seu adumbrando, recudere, vel aliò recudendam dare, aut alibi etiam impressam intra Sacri Rom. Imperii, Regnorumque & Dominiorum nostrorum hæreditariorum fines apportare, vendere, vel distrahere audeat aut præsumat. Si quis autem Edictum hoc nostrum transgredi, violare aut contemnere deprehendatur, eum non solum eiusmodi libris perperam reclusis & apportatis, quos dictus Author eiusue hæredes, vbicunque inuenti fuerint, siue propria siue Magistratus ibidem autoritate atque auxilio sibi vendicare poterunt, priuandum, sed & poena quindecim Marcharum auri puri, cuius semis prædicto Authori eiusue hæredibus, aliter verò semis Fisco nostro Imperiali fraudis vindici, toties quoties contrafactum fuerit, pendatur, omni spe veniæ sublata mulctandum decernimus. Dummodò dicta Vranographia nihil in se scandalosum, aut Orthodoxæ Religioni Catholicæ, Sacrique Romani Imperii Constitutionibus aduersum, vel bonis moribus contrarium, siue in præfatione, siue in contextu, seu quocunque aliàs modo contineat, & prædictus Iulius Schiller, terna vt minus dicti Operis exemplaria, suis sumptibus quamprimum ad Cancellariam nostram Imperialem Aulicam transmittat. Mandamus ergò vniuersis nostris, & Sacri Romani Imperii, Regnorumque ac Ditionum nostrarum hæreditariarum subditis, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, conditionis aut dignitatis existant, tam Ecclesiasticis quàm secularibus, præsertim verò iis, qui in Magistratu constituti vel proprio vel superiorum nomine & loco, ius ac iustitiæ administrationem exercent, ne quenquam priuilegium hoc nostrum Cæsareum temerè & impunè transgredi aut violare patiantur, quin potius contumaces, si quos fortè compererint, præscripta poena mulctari, aliisque modis idoneis coërceri curent. quatenus & ipsi eandem mulctam euitare voluerint. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei impressione munitarum.

Datum in Ciuitate nostra Viennæ, die vltima Mensis Maij, Anno Domini Milleesimo Sexcentesimo vigesimo quarto, Regnorum nostrorum Romani quinto, Hungarici Sexto, Bohemici verò Septimo.

Ferdinandus

*Petrus Henricus
à Svalendorff L. B.*



*Ad mandatum Sacri Cæsaris
Mansueti proprium,*

Hermanus à Questenberg,

CENSURA

REVERENDISSIMI DOMINI, DOMINI PETRI EPISCOPI ADRAMYTTENI
SUFFRAGANEI ET VICARII GENERALIS AVGVSTANI.

OPVS istud novum, COELI STELLATI CHRISTIANI, à Virò Nobili & Clarissimo IVLIO SCHILLERO Augustano Vindelicò ingeniosè compositum, nihil continet contra fidem Catholicam: Quare cum sit verè pium, doctum simul ac jucundissimum, omnibus modis dignum censemus, ut in publicum prædcat, & plurimos Cælorum ac Cælestium rerum cupidos in doctrina erudiat & in pietate promoveat. Ita attestamus 24. Aprilis Anno 1626.

Petrus Episcopus Adramyttenus Suffrag.
& Vicarius generalis Augustanus.

APPROBATIO

FACULTATIS THEOLOGICÆ IN ELECTORALI VNIVERSITATE
INGOLSTADIENSIS.

COELVM STELLATVM sacris Siderum figuris descriptum, præscriptis inde superstitionis Gentilium fabularum nominibus, dignum est, quod Christiani legant ac contemplantur. Quod etiam olim sine S. Syluester, ut quibusdam placet, sine quod verius est Primana Ecclesia Antistes in Dierum nominibus eradicandis præclare instituerunt, ut pro die Solis, Lunæ, Martis & cæteris subrogarentur nomina Dominica, Sababhi, Feriarum; quò Christiani ad suam potius Religionem, quàm ad superstitionum Deorum cultum tradere cogitationem assuescerent: idem conatus iste Clarissimi Viri in Astorum appellatione efficere laborat, ut non modo Cælorum aspectus nobis gloriam Dei enarrat, sed siderum quoque nomina sursum corâ animosq. nostros attollant, Cælog. inferant. Quare merito jure in publicam lucem ad Ecclesia Catholice utilitatem novum hoc Christianumq. opus emittitur.

Ita censeo

Casparus Lechnerus Societ. IESV S. Theologiae
Professor in Electorali Vniuersitate Ingolstadtien-
si Ordinarius, & pro tempore Facultatis Theologiae
Decanus.

APPROBATIO

ACADEMIAE DILINGANÆ.

Habet aliquid hædie & Celum, quod Homini referat acceptum. Inscriptum enim profanis hucusque monstrorum titulis, rescapione transisse jam ad Deos Deasque Gentilium prædatur: nisi datis tandem vindictis; per Nob. Cl. Virum IVLIUM SCHILLERVM iure recuperatorio ad CONDIFOREM suum rediisset. Is enim disjunctis inanem fabularum propudius, Stellarum Academ uniuersam, veris magnisq. COELITVM nominibus insigniuit, & figuris honestioribus sanctioribusq. primus distinxit. Quâ quidem operâ mereri mihi de Repub. deque iuuentû Cætholica præclare omnino existimèq. videtur: dignus, me iudice, cui de eam rem COELI FES locoriam honorifice positi, bene velle faceret, nunquam omittant. Dilinge 21. Septembris Anno Christiano 1626.

Ita censeo

Laurentius Forerius Soc. IESV & Academiae Dilingans
hoc tempore Præcancellarius.

*
IHS. MRA.
IVLII SCHILLERI AVGVSTANI VINDEL.
V. I. D. ET REIP. PATRIÆ
ADVOCATI

De rationibus, modo, & formâ, præsentis

instituti.

PRÆFATIO ISAGOGICA.

DIV jam est, Benevole candidèq; Lector, cum non sine animi dolore indignationeq; contemtor, purissimam illam & fideream Cœli faciem, cuius est gloriam DEI jugiter enarrare, & opera manuum eius annunciare, non solum Gentilium supersticiosa cœcitate, olim, Idololatricis perniciosissimiq; exempli fabulis, & imaginarijs monstris bestijsq; temerè confusissimèq; deturpata ac infamata; sed nec post exortum Iustitiæ Solem, in hunc vsq; diem absterfam.

Squalorem hunc, insignemq; stellari Regis regum solij injuriam, iniquo animo à Christiano ferri, neque mirum neque iniquum arbitror: Cum portentosas illas, erubescèdasq; Poëtarum fabulas, auctore Satanâ (quò, penetrabilibus cœli æternum exclusus, in eius saltem vestibulo, contumaci perduellione Alcissimum æmulareretur) astris illatas esse, negari non possit: Loquitur (nisi fallor) res ipsa, scribitq; de eâ. B. Isidorus Hispal. Episcop. Originum lib. 3. tit. de Astronomiâ §. de nominibus stellarum: in hanc sententiam. *Planetas Romani nominibus deorum suorum, scilicet Saturni, Luna, Iovis, Martis, Veneris, & Mercurij, sacrauerunt: Decepti enim & decipere volentes, in eorum adulationem, qui sibi aliquid secundum amorem præstitissent, sidera ostendebant in celo, dicentes, quod illud sidus esset Iovis, & illud Mercurij, & concepta est opinio vanitatis. Hanc opinionem erroris, diabolus confirmavit, Christus evellit. Iam verò illa, quæ ab ipsis gentilibus signa dicuntur, in quibus & animantium imago de stellis formatur, ut Arius, Taurus, Libra, & huiusmodi alia, ij qui sidera præviderunt, in numerum stellarum, speciem corporis, super-*

sticiosa vanitate permoti, fixerunt, ex causis quibusdam deorum suorum & imagines & nomina conformantes (& quibusdam in iereticis.) Quorum miranda dementia, qui non solum Pisces, sed & Arietes & Hircos, & Taurus, Vrsas, & Canes, Cancros, & Scorpiones transtulerunt: Nam & Aquilam & Cygnum, propter Fœus fabulas, eius memorie causâ, inter cœli astra, collocaverunt. Perseum quoque, & uxorem eius Andromedam posteaquam sunt mortui, in cœlum receptos crediderunt, ut ut imagines eorum stellis designarent, eorumq; appellare nominibus, non erubescerent.

Procedere ista, & quæ his similia sunt, à malo demone, penitus demonstrat S. Iustinus Martyr in orat. ad Antonin. Pium: rationes assignans, corruptelam, quæ inde hauritur, proborum morum, nec non, fidei in Christum, contemptum: Dum enim poëtarum fabulis, Iovis filij in cœlum & inter sidera recepti proponuntur, nec minus foedissimæ eorum actiones celebrantur, fieri non posse, quin ad turpem eorum imitationem lectores concitentur: *Quippe eorum imitatores Deorum esse, pulchrum cunctis auctumens, religiosissimusq; eorum cultus (ut inquit Lactant. Divinar. instit lib. 5. cap. 10.) se, imitari, Verumenimò verò (subiungit S. ille Matr dicto loco) longe absit à sanâ & castâ mente, cogitatio de dijs cuiusmodi: videlicet ducent quosq; ipsum, & parentem omnium, secundum eos, Jovem, paricidam, & patre tali gentium, ac pre amoris impotentia à malis sedisq; voluptatibus victum, ad Ganymedem, & permultas adulterijs & stupris immittas seminas venisse, & liberos suos simulum factorum patratores suscepisse. Verum, sicut dixi, pravi ista designarunt demones. Nos autem immortales dumtaxat eos fieri scimus, qui sanctè per virtutem ad imitationem Dei vivunt. Idemque longo post intervallo. At, qui à poëtis fabulosè conficta eradunt, nullam addiscentibus ado-*

S. Hieron. ad cap. 5. Amos. Cœlum infamare conatur, & metcedem statui inter sidera collocare.

lescentibus afferunt probationem: atque ea ipsa ad fraudem & seductionem generis humani dicta esse demonstramus, operâ & suggestione malorum demonum: Audito namq; Christum à Prophetis deprædicatum, aduenturum esse, atq; per ignem impios homines discruciatum iri: multos qui Iouis dicerentur filii (voti & dicti sunt) in medium poetæ produxerunt: efficere se posse demones sunt rati, ut homines profabulis prodigiis, poeticisq; narrationibus, res Christi haberent.

Plato fanè, Poëtas huiuscemodi, è ciuitate, quam optimam instituit, expellit, propter flagitia & scelera quæ dijs canunt: sentitq; cum eo Socrates, relegendam eam poësim, quæ affectus inducit parum viriles, atq; illam solum retinendam, quæ mascula est & casta. Quorum sententiam S. Augustinus lib. 2. de ciuit. Dei cap. 14. his quæ sequuntur, alijsque in hanc rem pulchris, confirmat. *Deinde querimus, ipsi poetæ talium fabularum compositores, qui duodecim tabularum lege, prohibentur samam ledere ciuium, tam probrosa in deos iaculantes, cur non vt scenici habeantur inhonesti? Et quâ ratione relictum est, ut poetarum figmentorum, & ignominiosorum deorum infamantur actores, honorentur authores? An forte Platoni Græco potius palma danda est, qui cum ratione formaret, qualis esse ciuitas debeat, poetæ censuit urbe pellendos. Iste verò & deorum iniurias indignè tulit, & fucari corrumpiq; figmentis, animos ciuium, noluit. Et post pauca: Cui tandem honestius diuinos honores decerneret ciuitas, verum Platoni hæc turpia & nefanda prohibenti, an demonibus, hæc hominum deceptione gaudentibus, quibus ille vera persuadere non potuit. Hæcenus Diuus Augustinus.*

Cœli ne ergo constellati officiū sit, gentiliū Vrsas, Dracones & Cærauros demonisq; supposititios & spurcos deos, stabulare, eorūq; fabulosas libidines (velut cœlo dignas) yniuerso orbi, celeberrimo apparatu, quasi in scenâ quotidie exhibere? quin, velut stauis sidereis perennare? Haudquam Christianæ fidei, honestæq; rationi congruere videtur, velle, demones, bestias, probrososue homines, stellis designare: Beatis Spiritibus, Virisq; Sanctitate insignibus, hieroglyphicum Stellæ, communi Sacrorum interpretum sententiâ, debetur, iuxta illud Daniel: 12. *Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad virtutem erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Ita & quæ progenies Abrahamæ promissa Diuinitus est, tanquam stellæ; non tam ad numerum innumerabilem refertur, quam etiam ad rerum,

Quosdā omnes dij Genium demonis: Dominus autem celos fecit Psalms. 95. versu, 5.

quibus posteri eius illustrandi essent, claritatem, vt notat Ioann. Picrius Valerianus Hieroglyph. lib. 44. tit. stella. 6. celebritas. Sic litteræ ipsæ Diuinæ, Saluatori nostro hieroglyphicū Solis attribuunt, stellamq; Eum ex Iacob prædicant. sic Ecclesia Catholica, eundem Christum, vt & Virginem Matrem eius, stellæ Matutinæ Marisq; stellæ titulo, supplex ueneratur. Docetq; demum Reuerendissimus ac Illustrissimus eiusdem Sacrosanctæ Ecclesiæ Princeps, Robertus Cardinalis Bellarminus, in aureo quod de Ascensione mentis in Deum per scalas rerum creaturarum, in extremâ senectute suâ conscripsit opusculo gradu VII. Consideratione Solis, Lunæ, & stellarū, mentes nostras non ad poëticas vanitates sed in Deum viuum ac verum, sanctoque eius erigendas.

Sancti curio-
militur cor is
& stellis, ele-
ganter de cet
Ioann. de S.
Geminiano
in Summâ de
similitudinibus
lib. 1. Cap. 65.

6

Quæ, cum ita se habeant, iustam procul dubio doloris indignationisque causam homini Christiano præbent, si consideret, eos antideos, portentosaque ac infames eorū fabulas stellato cælo hodie immorari, siderumque operâ Christianis mentibus oberrare atque placere, quorum cultum vt è terrâ tolleret, DEVS de cælo descendit, seseque stellâ duce, Gentibus reuelandum duxit: Manifesto atque magnifico signo & exemplo, quorsum nos DEVS, astrorum contemplatione deduci, quidque astris commemorari velit.

Vndè cum ante annos circiter quindecim, inter amicos meos viros bonos & Catholicos, Raymundum præcipuè Mindererum Medicinæ Doctoreū sui temporis celeberrimum, & Iohannem Bayerum I. C. simul exactissimumque Vranometram, aliosque, hac de re sermo mihi esset, visum vnanimiter omnibus est, rem Christiano homine dignam, Ecclesiæque Catholicæ honorificam fore, si obductis gentium sceditaribus, stellarum cælum, mysteriorum Christianæ religionis, Sanctarumque ac DEO amabilium personarum memoriâ humili conatu quis illustraret, Conditorique suo postliminò quasi, restitueret: Quin ipsi, pro modulo virium nostrarum, operi huic animum adiecimus, amplificationique Diuini, Sanctæque tam triumphantis quam militantis Ecclesiæ, honoris & gloriæ, fidereâ hac viâ humiliter studere, decreuimus.

Argumenta
instituto huic
constantia.

Neque verò propositum hoc nostrum labefactarunt, indoctorum æque ac doctorum, diuersæ, quas præuidebamus obiectiones & iudicia: Veluti, cur prohibendum stare quod nemo hactenus mutauerit? Aduersari ipsas Sacras literas, in quibus maiora, cæli duo luminaria, non nisi vulgaris Solis ac Lunæ nominibus indigentur, quæ nomina si mutari, luminaribusque istis adimi contigerit, scripturam sensum & structuram passim subuersum iri: Sic porro, complures ridiculos loquendi modos exinde secuturos, veluti (dum Christo Solem attribuimus) Nihil permanet sub Christo: per diem Christus non vret te, &c. Pariter, non sine risu dicendum fore: Christus aut Sanctus hic, illū Sanctum aspicit quadratè, triquetrè, sextiliter: Item, Christus vel Sanctus hic, illi Sancto coniungitur aut opponitur: Christus est in S. Petro, in S. Andrea, &c. Insuper & hoc absurdi, imò blasphemix subesse, quod cum astra (errantia potissimum) rebus terrenis, ipsiq; hominum mentibus præsent, suaque vi, eos, ad Tyrannidem, ad Sorilegia, ad Cædes, Adulteria, Furta, & id genus flagitia, propellant aut inclinent, vel saltem corporalibus malis, mortales infestent; Eadem in subrogatos gentilibus fabulis Sanctos, transfundere, & de illis in posterum prædicare, necesse foret: Videri præterea, opere hoc, Astrolatriam nouam inter Christianos excitari, dum gentilis respuitur: Et tandè pulcherrimum Astronomie studium fabulosis potissimum imaginibus inhærens, non offendendum aut obliterandum.

Dissolutio ob-
iectionis pri-
mæ.

Verum (vt dixi) hæc, & quæ similia istis sunt, mutandi in nobis consilij vim non habuerunt: Etsi enim, in primis, maiores nostri, Diuinam sanctorumque gloriam, stellarum ministerio nostro modo amplificare hactenus superfederint, persuasum nihilominus habuimus, non minus rectè eius rei initium humiliter nos facere, quam, Christophorus Columbus Nouum orbem primus inuestigauit atque aperuit: quam, nostro seculo Indiarum Apostoli, inter paganos & barbaros illos, S. Crucis Vexillum, cum vitæ discrimine, primi erigunt: Licet enim utique dealbare inquinatum parietem, quamuis mille annis sine prætereuntium nauisæ, in sordibus neglectum: adeo vt quod S. Bonifacio IV. & Gregorio III. Pontificibus Maximis, sphaericum illud Romanorum Pantheon, B. Mariæ Virgini,

Sanctificæ Dei omnibus consecrassè ac nuncupassè, æternæ laudi meritò datur; Christianus. in orbe stellati cæli, ipsèdem antideis deturpato, non malè imitetur. Possent hæc confirmare calculo non paucorum numero Virorum grauium, etiam Mathematicorum, conatum hunc nostrum palàm comprobantium: Quibus nec ipse Astronomorum nostræ ætate Princeps Tycho Brahe, repugnat: Vt taceam (quod res ipsa loquitur) infinitos, maiestate & gratiâ, ac velut amoris ocellulis prospicientium in terram siderum permotos, Christiani quid inter stellas iam dudum inuenisse aut optasse: Quorum omnium auctoritati, Christianæ huius nouitatis cauillatores & reprehensores, si qui fortè extabûnt, longè postponendos iudicauimus.

Mimorum Zoilorumq; risus nemo euitauerit: quid ergo si isti, ex libr. num. cap. 25. nugentur? suspende eos contra Christum in patibulis: Et Ioel. cap. 2. Christus conuertetur in tenebras, & Maria Virgo in sanguinem: Cordatus quisque occasione præsentis instituti, ad ineptias eiusmodi non magis descendet, atq; hæctenus, vel præcedens illa, vel similis lectio desiderata Sap: 5. lassati sumus in Christo iniquitatis: Psal. 127. Vxor tua sicut Christus abundans: Gen: 4. erat Abel Christus ouium; quæq; his similia sunt: Et tamen Christum, sacrae literæ solem iustitiæ pridem designarunt, estque ipse, suomet testimonio, Via pariter, Virisque, & Pastor. Neque verò credibile est, fore, qui hieroglyphicum cum proprio confundentes, imaginentur sibi eum esse operis huius finem, vt cum nominibus, res quoq; & significatum Solis, Lunæ, Stellarumque, è medio tollatur: neutrum enim horum, sed id tantum agitur, vt peculiari ratione, inter cælestia lumina, Christi hieroglyphicum, Sol, & B. Virginis Mariæ, Luna constituat, reliquæque stellæ, alijs Sanctorum mysteriorumque Christianæ fidei memorijs, quasi Sacrae habeantur, nec in illorum nomina (prout in gentilibus planetis signisque fieri videmus) simpliciter transcant, sed Beatorum duntaxat sidera, velut Stella B. Ioannis Baptistæ, constellatio S. Petri &c. nominentur. Proinde nec astrologorum termini, viros eruditos non nugatores, offendent, si nempe dicamus, Solem, vel (si maucis) Christum, esse in constellatione S. Petri, coniungi aut opponi stellæ Moyfis, concurrere cū eadem

Brahe Pro-
gymnas: lib. 12
ca. 2. pag. 256

Videatur inter
alios Hippo-
lyt. Guastino-
uis in opere,
de Abomina-
tione Desolati-
onis generis
humani: Ger-
manicè con-
scripto lib. 5.
cap. 41. nec
non cap. 40.
42. & 43.
Dissolurio eb-
lectionis se-
cundæ.

stellâ, trino, quadrangulo aut sextili aspectu : Quamuis, si indigni quid hoc loco subesset (quod tamen, si rem ipsam intelligas & spectes, nequaquam dici potest) perfacile foret, astrorum situs & occurus, sinceris omnino vocabulis exprimere. Verùm hoc quidem vtiq; necesse non est, cum Vaticinatoribus Mathematicis, Christianâ hac fabricâ, facultas non auferatur, diuinationes suas, per conjunctiones & oppositiones Martis ac Veneris, vel eorundem, aut Iouis & Saturni quadratos triquetrosue aspectus, & reliquos id genus loquendi modos, eodem iure & felicitate quâ hactenus, de cætero quoq; expediendi.

Diffolatio ob-
lectionis ter-
tia.

Quas præterea isti malignitates, occultamq; mortales ad flagitia concitandi inclinandiue, aut nocendi salutem vim, sideribus (erraticis præsertim) ascribunt, tanti ea esse non videntur, vt proinde Sanctorum memorias inter sidera collocari, periculosum aut improbandum sit. Dato enim, Luminaribus cæli (quæ quidem DEVS ad finem diuidendi diem ac noctem, & vt in signa sint & tempora, & in dies & annos, vtq; luceant in firmamento cæli, & illuminent terram, creauit, & Gen: 1. bona esse vidit) prauas huiuscemodi operationes verè imputari; Hoc ipso sanè ad Sanctos opportunè conuertimur, quorum scilicet non solum patrocinijs, eminentiorique virtute, aduersus quæq; stellarum noxia, muniamur, sed & exemplis, ad debellando eos ipsos vitiorum motus, quos stellis ad hunc illumine Sanctum translatis, accepto ferendos Astrologi contendunt, animemur atque armemur. Vnde ad eò sidera, etiam quatenus malignitatis infimulantur, Sanctorum memorijs, quasi per antiphrasin, rectè subiiciuntur. Accedit, magni mali, grauioris nempe damnationis, causam non dubiam Sanctos foreijs, qui suffragijs & exemplis eorundem, siue spretis siue neglectis, luto concupiscentiarum suarum immorari, quam virtutum tramite ad coelica contendere, maluerunt: quâ ratione, iniuriam certè Sanctis nullam inferat, qui eos infinitis hominibus damnosissimos esse, asseueret: prout ex contrario Diabolus, S. Ioanne Chrystostomo teste, multorum nobis bonorum author est, si velimus, Metuentes namque nobis ab ipsius insidijs, sobrie viuimus, & Dei sedulo meminimus: Et qui imminentem sibi videt hostem, ad eum qui se adiuuare potest, con-

fugit. Quo sensu & Epiph: contra Manich: pulchrè insinuat, diabolus Sanctis coronas plectere, & in certamine victoribus præmia dare. At verò, sepositis etiam istis, cur astrologica illa de stellarum operationibus iudicia, maiori Beatorum gloriæ impedimentum præstent, quæ potiore sui parte, eâ videlicet quâ circa factorum casuumque & ingeniorum humanorum prædictionem atque notationem versantur, vtriusque fori legibus, Sanctorumque Patrum & Ecclesiæ Doctorum autoritate, damnata pridem, & Christianis ne credenda quidem sunt, quæque ipsi gentiles iam olim exploserunt? De illis siquidem (vt vnum multorum vice referam) B. Isidorus loco supra laudato, ita scribit. *Sed quolibet modo superstitiones hæ ab hominibus nuncupentur, sunt tamen sidera quæ Deus in mundi principio condidit, ac certo motu distinguere tempora ordinavit. Horum igitur signorum observationes, vel geneses, vel cetera superstuitiosa quæ se ad cognitionem siderum coniungunt, id est ad notitiam factorum, quæ fides nostri a sine dubio contraria sunt, sic ignorari debent à Christianis, vt nec scripta esse videantur. Eos autem, qui per supputationes noxias, quæ mathesis dicitur, euentus rerum præscire conantur, non solum Christiana religionis Doctores, sed etiam gentiliū Plato, Aristoteles atque alij, verum veritate commoti, concordî sententiâ damnauerunt, dicentes, confusionem rerum potius de tali persuasione generari: Nam si genus humanum ad varios actus, nascendi necessitate premeretur, cur aut laudè merentur boni, aut mali legè percipiāt vltionem? Ex gentilibus libet Marcū Tullium adducere, cuius l. 2. de diuinat: vbi cū Stoicis agit hæc sunt. Ergo hoc diuinationis genus omitemus. Ad Caldæorum monstra veniamus: de quibus Eudoxus Platonis auditor, in Astrologiâ iudicio doctissimorum hominum facile princeps, sic opinatur, id quod scriptum reliquit: Chaldeis in prædictione, & in notatione cuiusque vitæ ex natali die, minime esse credendum. Nominat etiam Panætius, qui vnus è Stoicis Astrologorum prædicta reiecit, Archelaum & Cassandrum summos Astrologos illius ætatis quâ erat ipse, cum in ceteris astrologiæ partibus excellerent, hoc prædictionis genere, non vsos. Scylax Halicarnassensis familiaris Panætij excellens in Astrologiâ, idemque in regendâ suâ ciuitate princeps, totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit. Sed vt ratione vtamur omisis testibus, Sic isti disputant, qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. Vtm quondam esse arunt signifero in orbe &c. Quæ argumentatione enumeratâ, hæc sequuntur. O delirationem incredibilem, nec enim omnia error stultitia est di-*

Lartem geometria, l. 6. mo. i. d. i. excepra. C. demal. & in archemac. can. non licet Christianis, 26. q. 5. can. quis existimat. ret. d. causa. 26. q. 7.

In d. nodecim Zodiaci sideribus ponebant Pythagorici toxicè particulares deos siue animas, in cordi-

bus illorum
siderum fixas,
aque erinde
torum sidus
regentes; fel-
licet in corde
V. Palladem
Particularem:
in corde S.
Venerem par-
ticularem:
II. Phæbum
particularem:
S. Mercuri-
um: S. Io-
annem: S. Ce-
cerem: S.
Vulcanum.
S. Martem:
S. Dianam:
S. Vestam:
S. Iuao-
nem particu-
larem: S.
Nepotiam
particularem.
S. Pompeium, &
Pharalicâ pu-
gna in Ægyp-
tum profugus
Regis perfidiâ,
ab Achillâ Pe-
fecto est inter-
fectus. M.
Cæsus Ro-
manorum di-
tissimus, in
bello Parthico
infeliciter re-
gens, à Sa-
trâ Regis Pe-
fecto captus
& occisus. Cæ-
sar denique,
scis sanctorum
Romæ truci-
datus.
S. Dissolutio
obiectionis
quarta.

endus. Quibus etiã Diogenes Stoicus concedit aliquid vt predicere possint, dicitur axat quali quisq; naturâ, & ad quã quisq; maximè re aptus futurus sit: cetera que proficiantur, negat vilo modo posse sciri, et enim geminorum formas esse similes, vitam & fortunam plerumque disparem. Sic Cicero: qui- bus cum plura in hanc rem, rationesque decidendi subie- cisset, locum tandem claudit. L. quidem Tarutius Firmianus, familiaris noster, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, Urbis etiam nostræ natalem diem repetebat ab ijs parilibus, quibus eam à Romulo con- ditam, accepimus, Romamque cum esset in iugo luna, natam esse dicebat, nec eius fata canere dubitabat: O vim maximam erroris. Etiamne Urbis natalis dies ad vim stellarum & luna pertinebat? fac in puero re- ferre, ex quã affectione celi Primus spiritum duxerit, num hoc in latere, aut in cemento, ex quibus Urbs effecta est, potuit valere? sed quid plura? quotidie refelluntur. Quam multa ego Pompeio, quam multa Crasso, quam multa huic ipsi Casari à Chaldaicis dicta memini, neminem eorum nisi senectute, nisi domi, nisi cum claritate esse moriturum: vt mihi per- mirum videatur, quenquam extare, qui etiam nunc credat ijs, quorum prædicta quotidie videat, re & euentis refelli. Hucusque Tullius.

Atque ista quidem cum in Astrologiã Stoicã ita se ha- beant, de Astrolatriã nouã multò minus erit periculi, neq; metuendum illud Moyse: Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem (scilicet in Deum) quæ est in cælo desuper, & c. ne fortè eleuatis oculis ad cælum, videas solem & lunam & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus, in ministerium cunctis gentibus quæ sub cælo sunt. Fideles enim, re- stitutio hæc stellati cæli tangit: qui, Incomprehensibilem, Vnum, Viuum ac Verum, & Creatorem omnium DEVM, ab omni creaturã, quæcunque vel in cælo factum, vel in terra deorsum, & quæcunque in aquis vel sub terra est, dis- cernere, Eundemque & Sanctos eius, saluã maiestate sua, sub imaginibus & per res creatas, sincero cultu venerari, exemplo sacrosanctæ matris Ecclesiæ, probè didicerunt: qui nec prospera nec aduersa à stellis expectant; adeoque ex eorum numero non sunt, quos idem qui Supra Tullius de natura deorum lib. 2. & 3. singulas stellas ait numerare deos, eosque aut belluarum, vt capræ, vt lupi, vt tauri, vt leonis, aut rerum inanimatarum, vt argos, vt arcæ, vt cor- tonæ nomine appellare, ac eousque erroris progressos esse, vt dum commentitiarum fabularum reddere rationes co- nati sunt, eos quos deos appellauerunt, rerum naturas esse in-

terpretarentur, & exindè rebus etiã perniciosis, veluti Fe-
bri, malæ Fortunæ & similibus, non modò nomen deorũ
tribuerent, sed & sacra constituerent. His, inquam, Chri-
stiana sidera nequaquam parantur, sed illis prioribus, qui
cum rege Psalmistã. creaturarum omnium linguis benedi-
ci Dominum peroptant, meritaque & exempla Christi ac
Sanctorum, identidem recolentes, imitatione quoq; co-
rum, prospera mundi despiciere, & olim Cœlestium dono-
rum participatione gaudere, contendunt.

Liberalis denique Matheseos studium, Christiano hõc
instituto non lædi, docebit euentus ipse, affirmantque id
viri graues, & in Astronomicis clarissimi: Cum enim vete-
ra sic mutantur, vt eadem numero (licet temerè admodũ
& inconcinne constata.) gentilium sidera, nouis tantum-
modò formis vestiantur, nec eò minus, vsitata hætenus &
vetus inscriptio, cum recenti, cuique astro annotanda sit;
probatæ Mathematices studiosus, idem nunc in Christianis,
quod antea in fabulosis imaginibus habebit, facileque
animaduertet, nihil sibi præter incrementum nominum,
accidisse: quæ, si propter Arabes, & ipsa poëtarum delira-
menta, antehac rectè multiplicata sunt, ad maiorem Om-
nipotentis gloriã, propter Christianos, absque dubio, re-
ctius multiplicabuntur.

Talibus itaq; fundamentis, ipsam operis structuram
aggressi, concordi consulto, Orbem Signiferam seu Zodi-
acum, Sanctis Christi Apostolis, & ab hinc Septentrionale
hemisphærium, Noui, indè verò Meridionale, Veteris Te-
stamenti Sanctis & memorandis, assignauimus: inuitati ad
hoc, à Sole mystico Christo, vtpote qui non solum eorun-
dem Sanctorum Apostolorum suorum ministerio, mun-
dum vniuersum, Euangelij luce vivificã illustrauit, sed &
Ipse, vtrumque Testamentum, quasi medius copulauit; li-
cet enim ea diuisa inter se videantur, sibi tamen per Chri-
stum cohærent, & vt inquit Lactant. Diuin. Inst. lib. 4. cap.
20. eodem Testatore Christo, qui pro omnibus mortem suscepit, gaudent:
Vndè cum nouum sit adimpletio Veteris, ambo, cœleste
illud amphitheatrum, pari iure sibi deposcunt. Probat
hoc D. Augustinus in enarrat: ad psalm. 8. docens, Cœlos,
vtriusque testamenti libros dici, & in lib. vn. de essentia

Respondetur
obiectioni
quinzæ

Tripartitio
generalis stel-
lari cœli.

Diuinit: nec non S. Hieron: in tract: de essent: Trinitatis par. I. tract. I. epist. I. Coelum serenum, Sanctam electorum Ecclesiam ex hominibus (vtriusque scilicet testamenti indistinctè) assumptam, designare. Consilium uerò illud nostrum, de Zodiaco siue animalium circulo, gloriose Sanctorum Apostolorum coronæ dedicando, confirmavit, eiusdem S. Hieronymi autoritas & exemplum, dicentis in epistolâ ad Fabiolam de veste Sacerdotali, Duodecim lapides Rationalis, vt & Duodecim panes propositionis, zodiaco circulo assimilari: qui panes lapidesque cum & ipsi Sanctorum Apostolorum symbolum signumque fuerint, signati vtiq; sui memoriam, astrifero illo in orbe sibi subrogandam, haud obscure insinuant: *Erant enim Sancti Apostoli*, Tertull: lib: 4. aduersus Martion: teste, *perindè vt gemma ille duodecim, illuminaturi Sacram Ecclesie vestem quam induit Christus Pontifex Patris*. Atque, en tibi Coronam anni benignitatis DEI, psalm, 64, illamque ex stellis duodecim in capite mulieris, Sanctorum Apostolorum (nisi S. Augustino homil: 9. sup: apoc: contradicere velimus: æque figuram.

Cœlo autem ita tripartito, commune studium elanguit: At verò à me, perficendi illius operis desiderium nullo ynquam modo discessit: Solas itaque, cælesti fretus fauore, reliquam huius fabricæ, mihi seruaui curam, eandemque subinde (præsertim verò vbi animum suâ spõte eò tendentem sensi) mecum ipse pertractans, animaduerti, traductis in Christianam formam, affixarum stellarum asterismis, erraticarum seu planetarum (vtpotè gentilium antideorum nomina & attributa palàm circumferentium) mutationem, imprimis fore necessariam

Diutina itaque investigatione, diligentique trutinatio-
ne, ex omni humano genere, Septem celeberrimas selegi
personas, quibus non meo solùm, sed & aliorum iudicio,
Præcipua illa septem cœli astra, Christianè, nec sine certâ, &
quantâ decet cum gentilibus congruentiâ, assignari dedi-
carique possent.

Et quidem luminare maius Solem, in nostrâ cœli fa-
bricâ, CHRISTVM decere, non puto ex fidelibus quen-
quam fuisse aut fore qui dissentiat: Ecclesia sanè Catholi-

Planeta.

Christo,
Sol.

ca. palam decantat. ex Virgine Mariâ ortum esse Solem Iustitiæ Christum Deum nostrum: quod idem hieroglyphicū, pluribus comprobat. Ioann: Pier: Valerianus in hierogl. l. 44. tit. de Sole: argumento què demum, ad hanc rem sufficienti esset, uel sola Chinenſium lingua & orthographia, cuius vernaculâ vi, Serenissimum nomen IESV. Solem significare resurgentem, exploratâ testimoniorum fide, didicimus.

Alterum quod est maiorum luminarium, Lunam. Pulchra ut luna, & Chinenſium lingue, Secunda Gemma pretiosa, inclyta nempe Mater Domini & Virgo MARIA, sibi de polcitur, Electa vsque ad cœ, ut ipsa se Luna pedibus eius subternat, vltroque dictante Christianâ ratione, haud facile quis in mentem sibi inducturus sit, alij cuiquam rectius, quam Beatissimæ illi Virgini, Lunam deberi: Ecquod enim (Post Christum) Luminare maius DEIPARA hac, Cœlestem regiam illustrat? nonne Hæc, reliquos inter Sanctos claret, velut inter ignes Luna minores? Ista nimirum, Sanctæ matris Ecclesiæ testimonio, vera Regina est Cœli, non quam ut talem idololatræ quondam Iudæi coluerunt, Luna. Equidem nonnullis, Astrum hoc, quod defectibus mensuris imminuat, & faciem quotidie variet, humanæ fortis & naturæ; alijs Ecclesiæ Catholicæ, quæ (ut à Sole Luna) Christi radio verberata in hac mundi nocte repletur, hieroglyphicum dici posse, placuit, prout refert Pier. Valerian. supradicto lib. 44. tit. de Lunâ. Enimvero, Matrem viuentium, quæ Virgo Maria est, sub S. Matris Ecclesiæ Sponsæque Christi typo, celebrare, neque nouum, neque non honorificentissimum erit, gloriæque singulari non caret, conditionis nostræ symbolum, Eidem Sacratissimæ Virgini Orbis terrarum Dominæ accomodatum, cum Rex Cœli & Terræ, humanam naturam ex eâ assumere, Filiusque Hominiſ vocari, atque ineffabili hoc amoris artificio, casibus & ærumnis mortalium, quin ipsi morti quâ homo, subijcere se, dignatus sit: haud secus, atque Solem, Lunæ quasi exemplo, deliqua & eclipses pati, faciemque nouis subinde maculis mutare, videmus.

Planetam porro seu stellam errantem primam, quæ Saturni dicitur, Primogenitori nostro Adæ, assignauit, è cuius historia poetas Saturnum sibi finxisse satis manifestum,

Cui attendat
Ioann. de S.
Gemio. in
summâ de si-
militudin. re-
rum. l. 1. ca. 91

Deipare Vir-
gini,
Lana.

De hac simili-
tudine, idem
Io, de S. Gem-
io. lib. esp. 48.
col. 3. Et In-
nocent. Papa
III. serm. 2. de
Assumpt. Qui
tacet in nocte
culpa, respici-
et Lunam de-
precat Mat-
riam, ut ipsa
per Filium, eor-
eius ad com-
punctionem
illuminet.
Quis enim de
nocte inuoca-
uit eam & non
est exauditus
ab eâ?
« Ieremias 7. d.
& 41. d.

De maculis
Solaribus, Ga-
lileus Galil-
læi, & Aven-
in Epistolâ ad
Marcū VVes-
serum. impr.
Augusti An-
no, 1612.

S. Adamo,
Saturnus.

testisque est, Anonymus in libello obseruat: ad Mythol:
Natalis Comit. tit. Saturnus. Quæq; ratione quæ de Satur-
no scripta sunt, in Adamum Christianè quadrent, vel me-
diocriter doctus, facile deprehendet.

Ecl. cap. 41.

*Dilectum Deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedi-
ctione est: Quem elegit Dominus ex omni carne, & in fide & lenitate ip-
sus sanctum fecit, magnificauitque in timore inimicorum, & constituit
Principem populi sui, tradens illi coram præcepta scripta & legem vitæ &
disciplina &c.* Stellâ, quam Iouis vocant, ornandum duxi.
Palam est, qualiter hic Moyses, iura demofque iussu Do-
mini primus dederit, qualiter populo pater optimus, gi-
gantomachiaque Pharaonis, & idololatriæ Iudæorum, o-
mnipotens quasi deus, vindexque extiterit. Estque de-
mum Moyses caput Legis Domini scriptæ, sicut Adam Le-
gis naturæ.

S. Iosue,
Mars.
Ecl. cap. 46.

In legitimum cœlestemque Martem obtulit se mihi,
*Fortis in bello Iesus Nane (aliàs Iosue) successor Moysi in prophetis, qui
fuit magnus secundum nomen suum, maximus in salutem electorum DEI,
expugnare insurgentes hostes, ut consequeretur hereditatem Israël: ante
quem nemo sic resistit, nam hostes ipse Dominus percussit: ad cuius etiam
Iosue præceptum, Sol in medio cœli stetit, & non festinauit occumbere spa-
cio vnius diei, cuiusmodi longa dies non fuit antea, & postea, obediens Do-
mino voci hominis & pugnante pro Israël.* Hic, in terram pro-
missionis, Ipso Iordane flumine retrocedente, quod Moy-
si non licuit, populum tandem induxit. Hic, Saluatoris
IESV nomen & figuram gessit. Huic in agro vrbis Hiericho,
armatus & auxiliariis apparuit, vincendique modum
præscripsit, ipse Christus. Aduersus ergo & terribilis sit
Mars iste, omnibus Crucis Christi inimicis, secundus au-
tem & placidus, cunctis illis, quibus nomen & res IESV,
cordi sunt.

Iosue cap. 10.

Lact. de verâ
Sap. lib. 4. cap. 17.
Ios. cap. 10.
S. Ios. Mart.
in Dialog. de
verit. Christi.
relig.

Sol.

Prodit post Antesignanū hunc, in collegio Planetarū,
vti & inter vtrūq; hemispherium medius, de quo supra, Sol
Iustitiæ, Adimpletio Legis, & tēporis Gratiæ caput, quin ip-
sa Gratiæ, omneque & summum bonum, CHRISTVS.

Istinc Soli Subiungitur, Stella matutina seu Lu-
cifer: Hæc indignam seruitutem Veneri hætenus ser-
uitiit: Veneri foedarum voluptatum, omnisq; mollitiæ,
mancipio & magistra. De ipsâ vero hæc stellâ, Pier: Va-
ler: sæpedito lib. 44. tit. Stellâ. §. crepusculum, sic scribit.

Addunt Aegyptij sacerdotes, Crepusculum ex micantissima stella simulacro significari: propter Hesperij Phosphorique notabilem fulgorem, ut puto, quae quidem eadem Veneris stella est, nonnunquam Solem praecedens, nonnunquam subsequens: Itaque per aliquot dies ante Solis exitum stellarum omnium maxime splendet, aliàs, occidente eo, luce sua alijs praemonstrata, atque illis quasi valere insua, ipsum mox Solem subsequitur. Et Martianus Capella de nuptijs Philologiae & Mercurij lib. 8. de Astronom: *Cum autem directo cursu meat (nempe stella Veneris) etiam undecimo mense circulum complet, nunc faciens ortum, ut in Luciferum, nunc post occasum Solis effulgens, Vesper vel Vesperugo nominatur. Sola de quinque sideribus umbram reddit ut Luna, solaque fulgori Solis emergentis dum conspici non cedit.* Excellentissimam hanc, gratiosissimamque stellarum omnium, Solis prodromum, Sancto Iohanni Baptistae assignandam, res ipsa dictavit, sic enim de eo scriptum est in Isaia propheta: *Eccce mitto angelum meum ante faciem tuam; qui praeparabit viam tuam, ante te.* Et Ioan. 1. *Fuit homo missus a Deo cui nomen erat Iohannes, hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine etc.* Fatebitur a bitror recte consilium hoc initum, quisquis sereno coelo in Solis ortu Luciferum, vel modico studio obseruauerit. Sed & si Solem eadem stella sequatur, non minus S. Iohanni huic conuenit, dicenti de CHRISTO Sole: *Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: Secundum illud Psalmi, Dixit Dominus Domino meo etc. ex utero ante Luciferum genui te.* Splendorem autem & praestantiam singularem Sancti huius, abunde docet cum Christo S. Mater Ecclesia, his verbis. *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: Qui quidem splendor, Iudaeorum olim oculis tantus fuit, ut Ioannem esse Filium hominis Christum Deum, arbitrarentur: Quis, idem in Ecclesia tam Triumphante quam Militante tantus est, ut vacantem Luciferi in coelo sedem, S. Iohanni Baptistae cessisse, non desint viri graues qui sentiant. Occupabit itaque idem non minori iure, stellam quoque Luciferum: Abstergens Angelica sua puritate, & ultra quam humanae vitae austeritate, quidquid naui, voluptuosae illius Veneris nomen, fabulosa gentiliū superstitione, eidem stellae hactenus aspersit.*

Reliqua est inter Planetas stella, quae Mercurij dicitur: quem deorum internuncium, talem quidem quales illi

S. Iohanni
Baptistae,
Veneri.
Matth. 1.

Ioan. 1.
Psal. 100.

Luc. 7. & Bruu.
Rom. in festo
Natiuit. S. Ioh.
Baptistae.
Matth. 16.

Ioan. Gerson.
Lectioe prima
super Mat.
cum, in fine.

S. Eliae Pro-
phetæ,
Mercurii.
Reg. 2.
Matth. 17.

fuere, libidinibus scilicet, dolis, facinoribusque celebrem, parasitorumque, scurrarum, tenebrionum, & nundinatorum deum, veteres finxerunt: Indignum sanè stellati cœli pondus. Nobis autem hoc in astro celebrare liceat, singularissimum Domini nuncium & prophetam S. Eliam Thesbiten, curru igneo elatū ad cœlum, Transfiguratoque Christo, cū Moyse simul assistentē & colloquentem: Cuius non solū res grauissimę mandatu Diuino olim geste, patratque miracula, & Sanctissime vitæ rigor, infamē illū Mercuriū, tanto loco meritò mouēt, sed & (sistella hæc nunciū Diuinum decet) Legatio vniuersalis postrema, ad secundum CHRISTI Aduentum in fine seculi ab eodem S. Eliā expedienda, prorsus insinuat astrum hoc, vix vlli alijs æquē, ac S. Ioannis Baptiste cœquali huic, inter Christiana sidera conuenire. Sicut autem stella hæc minuscula est, raroque apparet, ita & Sanctus Elias in abscondito penè moratur, donec magnam Domini diem, Magnus caduceator, orbi terrarum deprædicaturus est.

Atque isti sunt, quorum gloriosis nominibus, Septenarium Planetarum, Christianè distingui posse existimauimus, sanctisque & potentibus radijs, illustratum dotatumque optauimus.

Stella fixa.

Vertis asteris-
coram com-
positio non
mutata, vti
rafol. 7.
Allusio ad fa-
bulas parui
habita.

Ab his itaque, vt ad stellas fixas reuertar, quas impri-
mis gentiles, partim etiam recentiores nautæ, dispari ad-
modum numero circumferentiæque, in varias ineptasque
figuras & asterismos coëgerunt, nosque, liberalis mathe-
seos antiquitatisque fauore, saluā veterum congerie, Chri-
stiano ornatu vestiendas conclusimus;

Pauci Sancto-
rum celebrati.

Ratio stella-
rum extra for-
mam hætenus
fixarum.

Non quascunque animus tulit, his inducere formas
Fas fuit, aut leuibus priscorum alludere monstris,
sed pro constellationum situ & capacitate, ea potissimum
mysteria Christianę Religionis, Sanctorumque memoriæ,
exquirenda fuerunt, quorum repræsentationem, constel-
lationes illæ, facilius commodiusque admitterent. Sic, &
siderum eorundem penuriã, vno plerumque ex quouis or-
dine Sanctorum (Apostolis exceptis) in nouã hac constel-
lati cœli iconographiã, contentum esse, coëgit. Infor-
mibus tamen ita sum vsus, vt vicinitatis iure, obuias quasque
huic illiue constellationi coniungerem & annumerarem:

Id quod alijs ante me quoque licuisse, immò ex recentioribus nonnullos, novos omninò, veluti Iordanem, Pardalum, Monocerotem, Cancrum minorem, & similes ex illis confasse asterismos, perspexi.

Rebus ergo Veteris Testamenti, Australi hemisphærio relictis, in boreali coeli plagâ, nostroque (vt cum Pier. Valer. in hierogl. stellæ, loquar) quasi tentorio, ea quæ Noui sunt Testamenti, explicare animo fedit, idque vel ipso DEO Creatoreque omnium, duce, vtpote cuius æternæ providentiæ ab initio placuit, Triumphale Crucis signum, hemisphærio isti, stellarum notis affigere, signaculoque hoc suo palam docere, pagana nean Christiana emblemata, sidereo cœlo debeantur. Quo ad situm porrò nouarum imaginum, id effectum, vt vertices omnium, in vnum Septentrionalem polum, colliment: quod, præter picture concinnitatem, oculumque nostrum (qui scilicet Christiani exculiorisque orbis incolæ sumus) ipsa Veteris testamenti ad Nouum relatio transmigratioque, perspicuâ ratione dictauit. Polum autem Signiferi, siue eclipticæ hic intelligo, centrum videlicet bipartitionis nostræ, peculiaremque, proprio & lentissimo stellarum in orientem motui, neque, vt alterum, situs ratione, constellationibus vnamquam variabilem, Polum ad eò, quem, quasi æternitatis & Poli polum, sicut contra volubilissimum æquatoris circuli, seu mundi axem, Polum Soli & temporis, dicere liceat.

At verò (antiquorum ordo ne negligatur) in huius poli finibus, Cœlum, Christianis digitis primò tangendum, picturæque nouæ initium faciendum fuit. Illum ergo, quem æternitatis quasi, & Beatarum sedium diximus cardinem, gentiles, haud dubio Satanæ instinctu, pernoro eiusdem symbolo, vastissimo nimirum Dracone, circumuallarunt; hunc, Vrsâ, & quidem caudatâ insignierunt, eamque, ne monstro in nomine quid deesser, Cynosuram, hoc est caudam canis, appellari voluerunt; scilicet vt cauda canis vrsæ affixa, principem inter stellas locum obtineat, nautas dirigat, horasq; metiatur, & viris etiam doctis, normam rerum perfectè agendarum, ridiculè satis, significet, atque vel ex hoc operculo, quid maiestatis in reliquâ gentium constellationû structurâ delitecat, præmonstretur.

Veteri Testamento, plaga Meridionalis, Nouo Septentrionalis attributa. vt supra fol. 5.

Situs Christianarum imaginum.

Polus Poli, Polus Soli.

Ordo constellationem, iuxta polum Septentr. inchoatur.

Cynosura.

Christianis, Stellas, non hominum tantum doctorum sanctorumque lumina, sed & Sanctos Angelos significare, Pic. Valer. in hieroglyphicis ostendit: Et, quam militiam cæli vocamus, Solem nempe, ac Lunam, & astra rutilantia, eandem, Angelicos quoque exercitus & omnem eorum multitudinem, denotare, testis est S. Hieronymus in epist. ad Algas.

Cuius ego rei argumento in primis adductus, opportunitam simul, condecensque iudicavi, primam constellationem (eam nempe quam monstro Vrsæ minoris gentiles deturparunt) Beatissimæ huic militiæ cælestis exercitus, sub vnius Archiducis eorum, Sancti nimirum Michaëlis Archangeli representatione & titulo, reuerenter initiare: gloriosiore omnino verioreque poli indice atque ministro, frigidâ illâ & vili Vrsæ-cynosurâ: Vti enim cælestibus his spiritibus proprium curæque est, mortales illuminare & regere, atque in omnibus eorum vijs custodire, quin vitâ functos, ad cælestis paradisi portum tandem perducere, ita quod navigatoriæ huic constellationi, Beatorum illorum spirituum commemoratione rectius cõueniat, haud facile dabitur. Accedit pulchra illa, & quasi ipsius æquitatis ratio, scilicet vt quæ militia superbam Draconem internis cœli & Beatorum sedibus iam olim exegit, Eadem, ipsum perduelli contumaciâ forinsecus cœlo inhaerentem, atque in vicino sidere palam superbeque se ostentantem, cum omni reliquo suo stellis obtruso foetu, vno & primo quasi impetu, nouoque triumpho opprimat. Sic ipsis in terris, sumptuosissimum Dianæ templum, cœlumque æneum cum imaginibus Solis, Lunæ, reliquorumque siderum ad similitudinem ætherei cœli, Pisis à Nerone excitatum, eodem imperante, Angelus Domini, ad preces S. Torpetis Martyris, magnifico miraculo, subuertit & in puluerem redegit: prout ex monumentis Ecclesiæ Pisanae, refert Petrus de Natalibus in catalogo Sanctorum lib. 5. cap. 5. & Frater Philip. Alexandrin. in proprio Sanctorum Italiae Catalogo, sub die 29. Aprilis.

Verumtamen uerò absit vt factò hoc meo, hymnos Ecclesiæ mutilatos, & Almæ DEI Matri, Stellam Maris subtractam velim: neque enim obstat, stellam illam encomio Deiparæ deseruire, & vnâ S. Michaëlis asterismum perfice-

I.
S. Archangelo Michaëli,
Ps. minor.

Stella maris.
De hac stellâ,
S. Bernardus.
Hom. 2. super
Missas ed. ita

re. An non ut iste draconem cœlo deturbavit, sic illa serpentis eiusdem caput contriuit? Vti ergo in vno eodemq; altari complurium Sanctorum solemnia simul celebrantes, neutrum offendimus, sic (pro re præfenti) symbolo augustissimæ Angelorum Dominæ, sideri eorum, velut gemmâ monili inserto, utriusque gloriam, vnius stellæ præstantiâ, feliciter amplificamus: licebitque adeo, stellam polarem reginam reliquarum omnium, modò ut Beatissimæ Virginis MARIE Sanctorum omnium Reginæ hieroglyphicum, saluâ nihilominus sideris Angelici substantiâ, separatim mirari, modò ut partem primæ constellationis, præcipuamque in imagine S. Michaëlis, censere. Id quod nouum ei non videbitur, qui meminerit, veteres, in Vrsis plaustra, in Tauro Pleiades, in Cancro a finos, & alibi alia his similia, stabulasse.

Secunda, ac cognata priori, & præclara constellatio Arctos seu Vrsæ maioris, siue Septentrionis, aut Plaustrî, vulgò nota, totoque anno nobis conspicua, licet continuo motu agitata, Nauiculæ S. Petri, ut typo Ecclesiæ Catholicæ, protectioni & patrocinio S. Michaëlis Archangeli peculiariter commissa, quadrare mihi visa est: hæc enim, non ut fabulosa lunonis pellex Calisto. Vrsâ, stupri mercede, (ut Ouidij verbis utar, sed velut intacta Altissimi Sponsa, inter eminentiora sidera collocari meruit: hæc, Septem Sacramentorum, Donorumque Spiritus Sancti, ceu totidem lucidissimarum stellarum numero refulgens (satis id inuente S. Hieron. in cap. 38. Iob.) Septentrionem verum, abundantiam gratiæ, septem trionibus seu bobus pinguibus Gen. 41. præfiguratæ, constituit: hæc denique, quamuis persecutionem fluctibus incessanter agitetur, nunquam tamen mergitur, semperque conspicua, semper obuia, vnicaque est quâ cœlestis patriæ portum mortales inuehuntur. Euenitque hoc loco, ut quod fabulis, in odium Calistus statutum, ne vnquam tingi æquore seu occidere possit, id in summam Sanctæ Matris Ecclesiæ gloriam, & secundum verbum Christi, Eam nullo æuo occultandam suppressendam uè asseuerantis, quasi in prophetiæ similitudinem cedat. Excepit autem constellationis huius situs, non solum Nauiculam ipsam, ad imitationem mosaicæ, quæ antè consummatam à Paulo. V. Pont. Max. Ro-

est inquit præclara & extrema stella super hoc mare magnum & spaciolum necessario subleuata, micis micis Scillastrans ex caplis &c. Si insurgit venti tempestas, si incurras scopulos tribulationis, &c. Respice stellam, voca Mariam. Ipsam sequens non deitas &c, ipsa propitia, ad portum peruenis, & sic te recipio expectans, quod merito dictum sit: & nomen Virginis Mariæ. Quod interpretatum est, Micis Stella.

II.

Nauiculæ S. Petri, Præfamiôr.

Scribit Varro totius rusticorum vocabula bonæ vocant. At his multis septentriones d. &c. volunt.



mæ in Vaticano augustissimam S. Petri Basilicam, in atrio eiusdem celebris spectabatur, delineatam, sed & Rete seu Sagenam SS. Apostolorum, velut in mare missam: alterum videlicet Ecclesiæ Catholicæ hieroglyphicum, Nauculæ quæ huius Piscatoriæ. iustum & insigne auctarium.

Et visum est aliud signum in cælo Apocal. 12. & ecce Draco magnus rufus &c. & draco stetit ante mulierem quæ eras paritura, ut cum peperisset, filium eius deuoraret, Et peperit filium masculum &c. Et factum est prælium magnum in cælo, Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angelicus: & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo: & proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Satanas qui seducit uniuersum orbem &c. Draconem istum, mortales rursus extulerunt in cælum, simulachrum eius circa ipsum Solis stellarumque celebriorem cardinem, sinuoso sidere palam repræsentando. Quid enim velle sibi dicamus (vt alia multa, pernotumque imprimis Cacodæmonis hieroglyphicum, quod est Serpens siue Draco, taceam) imaginario huic draconi inditum à poëtis nomen Custodispomorum Hesperidum? Vnde poëtis hæc poma? vnde hic custos? nonne quiuis facillè persentiat, Paradisi poma, infestumque eorum custodem Sathanam, fabulæ ansam dedisse. Serpentemque adeò Paradisi eum esse, quem hoc loco gentiles stellis designarunt? Possent hæc hodiernis etiam scriptis & Authoritatibus comprobare, quas tamen consulto prætermitto. Angelos autem Sanctos, supremæ Maiestatis Vindices, appello & velut classico in opem cico, vt antiquum hunc Draconem, è mortalium animis, stella-toque iterum deturbeat cælo.

At verò in eius locum quid reponemus? *Sinite* (inquit Christus) *paruos - uenite ad me, talium est enim regnum cælorum.* Paruuli ergo, & Sancti Innocentes, constellationem hanc occupent, ceu iustum inauditæ Victoriæ trophæum, quâ & ipsi, immanissimi draconis fauces, puerperæ Virginis nato, Cæli terræque Domino, callidissime inhiantes, vicariâ morte suâ, gloriosè ludificarunt.

Quartâ constellatione, Cepheum quendam, Æthiopum Regem, vxoris stoliditate infelicem, gentiles prodixerunt: Ego, qui Sanctos Christi Martyres, velut prima Ecclesiæ ornamenta, in editiore cæli loco celebratos optaui,

Marc. 19.
& Marc. 12.

III.
SS. Inno-
centibus,
Draco.

Antesignano & Principe eorum, Sancto videlicet & triumphatore Stephano, aureolâ martyrij, & ipso nomine suo coronato, inglorium illum Cepheum mutauit.

Bootem seu Bubulcum, Plaustrum etiam custodem dictum, & à monstrosâ Ursæ caudâ Arcturum, antiqui dignum habuerunt, quem quinto fidere representarent. Ego verò, pastore & custode retento, constellationem hanc, S. Siluestro Pontifici maximo, Pastori gregis Christi, custodi gubernatoriq̃ue Nauiculæ Apostolicæ, lacram facio.

Finitimas huic ab occasu stellas aliquot, modico spacio & velut manipulo comprehensas. Crines Berenices, Veneri pro marito sacrificati, Cononis mathematici adulatione, olim occuparunt. Cum ergo Vranographia hæc nostra, Redemptionis humanæ mysteria & instrumenta, haud dubiè præ cunctis exposcat, licuit stellarum hunc fascem memoriæ Saluatoris, ad expiandos in primis Venerorum lapsus Flagris dilantari, sub imagine Flagelli, consecrare.

Effulget ab altero constellationis S. Siluestri vel Booti latere, Corona siderea Ariadnæ, à marito eius Baccho in cœlum translata: Magno sanè factò Bacchi, haud dubiè per insomnium à vinolento patratò. Sed nobis se offert Spinea illa, Vuë sanguine sanctificata, cœlo excelsior, stellis clarior, quæ potiori virtute & iure, elegans hoc sidus de cætero illustret.

*Hoc verò propè, laboranti voluitur viro simile
Idolum, quod quidem nemo scit manifesto dicere:
Neque cui incumbat ille labori: sed ipsum vulgò
Engonasi vocant: eo quod in genibus laborans
Gensculanti simile est:*

Sic Aratus Solensis in Phænomenis suis, constellationem quæ Coronam sequitur, indigitat: alijs, idolum illud Hercules est: qui postquam totum terrarum orbem, quem expurgasse narratur, testibus Laëtantio & Ludouico Viues, stupris, libidinibus, rapinis, latrocinijs & homicidijs, inquinavit furens è pyra in cœlum ascendere meruit. Sanctos tres Reges, auos nostros, illuminatarum scilicet gentium primordia, constellatione hac coniunctim exhibere visum est: quod capacitas eius suggestit, & vicinia siderum, quæ

IV.
S. Stephano,
Cepheus.

V. a
S. Siluestro,
Bootes.

V. b
Flagello
Christi,
Corona Berenices.

VI.
Spinea Christi
in Corona,
Corona Spentionalis.

Laë. de falsâ
re, l. c. s. Lud.
Viues in ad. ad
S. Aug. de ciu.
Dei, l. c. 24.

VII.
Sanctis tri-
bus Regibus,
Engonasi seu
Hercules.

VIII.
Præsepio
Christi,
Lyra seu Vul-
tur cadēs.

Præsepio Christi, Sanctisque Innocentibus, assignauimus. Et tales quidem ingeniculos astra decent? non Herculi, non ipsi Magistro eius Atlanti, æquè cognita ac cognata: Gentilium superstitiosos errores, hi primi profligârunt, omni & leone & hydrâ, monstroquè, immaniores.

Porrò itaque Præsepe Saluatoris Christi, cuius proximè facta est mentio, in asterismo Lyrae seu Vulturis cadentis, stellâ vnâ primæ magnitudinis conspicuo, reuerenter collocaui. *Vultur* (ait S. Gregor. 13. Mor. 21.) *Saluatorem nostrum designare potest Iob. 28. b. Vultur enim dum volat, si iacens cadaver conspexit, ad eum se cadaveris deponit, & plerumquè sic in morte capitur, dum ad mortuum animal de summis venit. Ita Christus manens in altitudine Diuinitatis suæ, quasi quodam volatu sublimi, cadaver mortalitatis nostræ conspexit in infimis, & sese de caelestibus ad ima submisit, fieri quippe propter nos homo dignatus est, & dum mortuum animal petijt, mortem apud nos, qui apud se erat immortalis, inuenit. Ista, quoad immutationem Vulturis, ex Diuo Gregorio. De Lyra, in versione phænomenorum Arati, hæc extant.*

*Præterea testudo, quæ parua: quam etiam dum ad curam
Mercurius compegit: Lyram vero eam iussit vocari.
Collocauit autem ante ignotum idolum
In caelum transferens.*

Nesciuit quid hocce loco agat versutum Mercurij caput: Præsepe siquidem seu Cunas Christi, successu temporis ab ignotis etiam gentibus, genuflexo salutandas, nolens docuit: Hæ enim, vagitu Saluatoris resonantes, vera illa sunt Orphei Lyra, quæ non solum Angelorum choros è cælo, Reges è longinquo, Pastores è viciniâ, & ipsa denique bruta ad se traxit; sed & omnium virtutum semina & incrementa, in auditorum mentes, suauissimis modulis transmittit.

Deducit constellationum antiquus iuxta ac euidentis ordo, à Præsepi seu mysterio Natiuitatis, ad Crucem Christi, signum triumphale, & per quod (S. Chrysofomi sententiâ) perfecta reduntur omnia; ac proinde & cælo stellato Diuinis manibus apertè insitum, gentibus tamen absconditum: Etsi enim (mirum) poëtæ, diaboli instinctu (prout in oratione ad Antoninum Pium, & in dialogo de Veritate Christianâ, scriptum reliquit S. Iustinus Martyr)

Chryf. homil.
12. ad Philip.

res Christi, hallucinantium more, in multis æmulari studuerint, *Crucis tamen supplicium nullo prorsus modo in quopiam eorum qui dicti sunt filij Iouis, sunt imitati: Non enim intellectum est ab eis, que de hoc sunt dicta, omnia per symbola arcane esse prolata: Quod profecto (supplicium nimirum crucis) prout Prophetæ prelocutus est, potissima nota fortitudinis & imperij eius est.* At en Calliditatem cacodæmonis impudentissimam: is, dum gloriosum hoc, inuisum autem & exitiale sibi suisque signum, ex apparentibus cæli tollere non potuit, id, famoso & fabuloso Ledæ adultero Cigno- Ioue, obnubilauit. Sic idem, sacratissimū ipsum Crucis Christi lignum, terrâ & saxi obruendo, & prostitutæ Veneris statuam inædificando, Hierosolymis quondam delere, conatus est; Verum vtrumque frustra: inuenit enim extulitque Sancta Imperatrix Helena Constantini magni genitrix, defossum in terrâ Crucis Lignum, celeberrimo cultu & miraculis postea exaltatum: erueruntque iam olim è plumis immundi Cygni, Christianæ, Crucique Saluatoris deuotæ mentes, fidereum eius, manūque Omnipotentis formatum exemplar. Proinde, & me humiliter applaudente, S. Crucis gloria, quousque stellæ gratum rutilabunt, constellatione hac, gliscat & augetur. Adiunxi ego, ex reliquis asterismi huius stellis, Augustæ inuentricis imaginem, Sanctum hoc pignus gremio quasi sustinentem. Faceat itaque Cygnus, nisi quærenus volatu suo, vt quæcunque auis, D. Hieronymo augere, S. Crucis signum exprimit, ipsique ad eò inuentori suo, formidabilis obuiat; & Gallorum emblemati, ex æquifonâ literarum C & S pronunciatione orto, In hoc Cigno vinces, suffragatur.

Sequitur in siderum numero Cassiopea Cephei vxor. Hanc formæ comes superbia, insolensque temeritas, euexit ad æthera, in perpetuum quidem vitandæ temeritatis exemplum. S. Mariam Magdalenam huic substituo, mulierem & ipsam peccatricem quondam, at serio pœnitentem, & pœnitentiæ speculum, incomparabilique Diuini amoris flagrantia, non mente solum, etiam ante obitum, cæli incolam, sed & corpore per sanctos angelos ad cœlica millies eleuatam.

Collocarunt insuper in his partibus gentiles, Persecutum, Iouis ex Danaë imbre aureo vitiatâ filium, præpetibus

IX.
S. Crucis
Christi,
Cygnus.

S. Hieron. in
scem. de Nati-
uit. Domini
circa med.

X.
S. Mariæ
Magdalenz,
Cassiopea.

XI.
S. Paulo,
Perseus.

pennis ausum se credere cœlo, enseq; armatum, & amputato Medusæ capite, nec non liberatâ Andromedâ celebrem. Propellit hunc Sanctus Paulus Vas electionis, æquè ferro instructus, verum quo ipse obruncatus in cœlum euolauit; armatus & verbo, quo idololatrias ethnicorum superstitiones, capite Medusæ tetriores, iugulauit, gentesq; ad ignorantia saxum, infernalis belluæ faucibus miserè expositas, in vitam quasi & lucem Diuino mandatu, fortiter reuocauit. Memoriam autem S. Pauli (inter sidera quidem nullo modo omittendam) extra circum signiferum ideo peregi, quod nefas visum fuerit, in Duodenario illo quem Christus in terris conuersatus lateri suo ipse associauit, & post Iudæ casum Spiritus Sanctus redintegrauit, vel minimum immutare, & selectissimo illi choro, vt S. Paulo in eo locus sit, hunc illumine eximere, præsertim cum & ipsa quam gloriosissimo haic gentium Doctore assignauimus constellatio, tam situ, quam diuite varioq; stellarum ornatu, paucis sit secunda, fiderique Apostoli Petri sic affinis, vt geminos hos Ecclesiæ principes pari vbique gloria gaudentes, stellatum quoque cœlum vicino splendore sociatos, oculis nostris coniunctim quasi proponat.

XII.
S. Hierony-
mo,
Auriga.

Perseo vicinum ab antiquis accepimus Aurigam seu Agitatore, vel etiam Erichoniam semidraconè virum, Vulcani libidine fabulosissimè ortum, cæterum quadrigæ inuentorem; qui ne otiosus cœlo circumuehatur, diuum patris atque hominum Regis magnam nutricem Capram, & duos hædos in dorsum assumpsit. Huius autem inepti Aurigæ loco, nos ex Doctorum & Ductorum Ecclesiæ clarissimo collegio, Beatum Hieronymum S. Paulo Doctore gentium, assessorem elegimus: tali enim, lucida istius asterismi stella (ipsis sacris literis Daniel. 12. b. monentibus) debetur: atque hic verè, non DEO, sed à DEO, spiritualis vitæ nutrimenta, Diuinarum versione & interpretatione scripturarum, vberissima mortalibus propinauit.

Disceditur hinc per diametrum penè cœli, ad ignotû aliud idolum, Ophiucum nempè seu Serpentarium aut Anguitenentem quendam, inseparabilem à monstro, nec tamen eo minus in duas constellationes diuisum. Scire non licet, serpentis ne an viri victoria luctatores hos cœlo

stellato intulerit, an verò, spurium Apollinis Æsculapium nunc virum mox draconem, Ophiucus hic gentilibus reuerà designauerit: illud certum est, draconi infernali hoc loco denuò litatum. Draconi huic accepto ferre habet tellus, quod olim maledicta, spinas & tribulos germinet. At en, eius gratiâ, spinæ in cœlum quoq; transplantandæ veniunt, benedictæ tamen: sua sit enim res præcens, S. Benedictû, Monachorû Patriarchâ, Cõfessorûq; decus, vnû instar omniû, duplici hac constellatione celebrare: horû siquidẽ vita quid aliud est quã lucta cõtinua cû antiquo ierpente, quẽ Sanctus hic, Æsculapio aduersus venena longẽ instructior, vnâ inter alias victoriâ, mirabilibus hisce armis, vepribus nimirum & spinis, tam præclarè triumphauit? neque verò sentes hi, posteaquam Spinea Christi Corona præcessit, stellis villo modo dedecori esse possunt.

XIII. & XIV.
S. Benedicto
& Spinis eius,
Serpentarius cum Serpente.

Monstratur post hæc Telum inter sidera: eo aiunt carnificem Promethei aquilam, (diabolum scilicet) ab Hercule confixam. At verò nobis alia ad manus sunt arma, queis Quino Victoris Vulnere, satan occubuit: Clauis nimirum ferrumque Lanceæ Crucifixi: hæc digna stellis, aptaque hoc ipso cœli loco, signo nempe S. Crucis quasi contiguo, celebrari.

XV.
Clauis & ferro
Lanceæ
Christi,
Tauri.

Penetrarunt insuper arma hæc, velut Diuini Amoris potentissimæ sagittæ, Sanctarum quoque Virginum corda, medullitis ad eò, vt nullis nec illecebris, neque tormentis, nec ipsâ denique morte, à dilectione IESV Crucifixi separari distrahiue potuerint. Talis è choro illarum elucet Regia Virgo, rei que literariæ apud Christianos Pallas, Catharina, quæ flore Virginitatis, Martyrij palmâ percinnato, inaudito Christi Sponsi fauore, per Sanctos Angelos eius, in summitate montis Sinai, tumulari meruit. Hanc proindè illustrissimam Viraginem, totius chori sui legatam in cœlo stellato designandam, atque ita infame rapti Ganimedidis fidus, Telo proximum, Virginitatis celebratione, reparandum duxi.

XVI.
S. Catharina
Virgini &
Martyri,
Aquila cum Ganimede.

Porò ne gloriâ miraculorum Christi in terris, cœlum destituerit, primum signorum eius, & (quod aiunt, atque quam honorificentissimè dictum sit) vnguem quasi leonis, Aquam Chananeam in vinum versam, representatione vasis seu Hydriæ, in eo quod sequitur sidere, Delphini

scilicet

XVII.
Hydris Cha-
nanz.
Delphinus.

scilicet, contemplandam apposui, ad eò vt quemadmo-
dum fabulosarum Neptuni cum Amphitrite nuptiarum
gratia, Delphinus antea celo innatauit, ita post hac, mira-
culum hoc, matrimonij fauore à Christo editum, Hydri-
am, testem omnipotentia & bonitatis eius, inter astra con-
stituat.

XIX.
S. Archan-
gelo Gabri-
eli,
Pegasus.

Delphinum sectatur Equiculus, ignotus antiquis, atq;
hunc, Equus maior seu Pegasus. Mihi, in resurrectione hac
coeli, mysterium incarnati Verbi, vel extremo saltem di-
gitro tactum, desideranti, neque etiam ex innumeris Bea-
torum spirituũ millibus, solà Sancti Michaelis celebratio-
ne satiato; Archangelorum alter Sanctus Gabriel, volanti,
& nuntium salutis humanæ expedienti similis, optato se
obtulit, mox & ego ei gratanter, alati equi locum, non a-
deò ignobilem aut alienum: vti enim Pegasus (poëtarum
fide) celeberrimas Heliconis aquas, vngulâ Mulis aperuit,
sic cælestis ille legatus, perennem Diuinæ gratiæ fontem, ex
intemeratâ Virgine, Annunciationis verbo, prouocauit.
Quod incomprehensibile mysterium, vt plenius aliquan-
tùm stellis adumbretur, ex inani figmento Equiculi, sym-
bolum Rosæ mysticæ DEI genitricis Virginis (principaliter
inter Planetas celebratæ) Frondem seu Flores Rosarum,
felici successu produxi. Adiacent hæ constellationes
quam proximè circulo signifero, quo, testamenta altissimi
distinguere simul & copulare pro præsentis fabricâ studui-
mus: vnde & ipsa situs ratio, dispositionem hanc nostram
desiderasse, obuiòque amplexu recipere videtur.

XVIII.
Rosæ mysti-
cæ seu Ro-
sarũ floribus,
Equiculus.

XX.
Sepulchro
Christi.
Andromeda.

A conceptione itaque, ad consummationem, Sepul-
turam scilicet & Resurrectionem Christi transgredior, ei-
que constellationem Andromedæ, quam, stellarum ordi-
ne, præ reliquis effingendo sepulchro Vexilloque trium-
phali aptam inueni, attribuo: hæ conterminas habet in-
primis B. Mariæ Magdalenzæ & S. Pauli memorias, è qui-
bus, hic, mysterium Resurrectionis summo zelo fructusq;
prædicauit, illa autem nec à mortuo & sepulto Christo di-
uelli potuit, tantoque suo amore, primum gloriosæ Resur-
rectionis nuntium percipere, peculiarique apparitione re-
diuini Domini (vti & S. Paulus) recreari meruit. Insuper
& fabula, immutationi huic non vsque ad eò repugnat, ea
enim, Andromedam, narrat, regiam virginem, innocen-

tem, omnibus animi & corporis dotibus ornatissimam, matris culpâ, & pro salute gentis suæ ad placandos deos ferreis vinculis rupi alligatam, dirissimæq; morti oblatam atque hinc inter mortuos iure numerandam, Perfeci tamen interuentu diuinitus liberatam vitæque restitutam. Verum ista per accidens.

Post Resurrectionem Saluatoris & Ascensionem ad caelos, Primatus Ecclesiæ Christi in terris, ad S. Petrum deuolutus est: Et ecce, etiam Mercurius pro S. Petro huius rei gratiâ sollicitus fuisse deprehenditur; statuit enim is, sub constellatione præcedenti, è tribus stellis lumine paribus, Triangulum, quo subiaccens Arietis sidus, & illustraretur, cognituque facilius fieret: tangit hoc Arietis signum, ceu primum in Zodiaco, illum ipsum Apostolorum Principem Beatum Petrum; Qui, vt clarius eluceat, Caputque esse Ecclesiæ Christi ab omnibus dignoscatur, fabuloso Mercurij ductu, Deltoton seu Trigonum hoc, suaprè formâ mysticum, in Mitram pontificalem, propitius dignetur accipere.

Clauditur hoc insigni, constellationum hemisphærij Gratiæ seu Septentrionalis, agmen.

Id sequitur Corona Sanctorum Apostolorum, in circulo quæ Zodiacum, vel etiam Signiferum nominant. Quibus autem rationibus orbem hunc, duodecim illis gemmis exornandum statuerimus, supra enarratum est: nouas & cuique signo singulares, non addo, cum non ad ea, sed ad ordinem in Ecclesiâ Catholicâ receptum, & in Litanijs vsitatum, respiciendum nobis fuerit. Neque verò istam Zodiaci restitutionem, à Reuerendo & Clarissimo viro Hieremiâ Drexelio Societatis IESV Sacerdote, concine & condiscipulo quondam meo, qui nuper vtilissimo libello, Duodecim signa Zodiaci Christiana ac noua designauit, agrè laturum iri spero, cum sua nostris non perturbentur, sed viuis potius exemplis confirmentur, atque inter Sanctos Apostolos singillatim distributa, ad desiderium signorum illorum beatitudinis, imitatione Apostolorum Christi acquirendorum, inuitare atq; accendere nos haud dubiè debeant.

XXI.
Mitæ S. Petri,
Triangulum.

Circulus Apostolorum, alijs Signifer aut Zodiacus.

Zodiacus Christianus Reuer. Patr. Drexelij.

XXII.
S. Petrus,
Aries.

Prima stellarū

Matth. 19.

XXIII.
S. Andreas,
Taurus.

Pleides.

Ioann. 1.

XXIV.
S. Iacobo
maiori,
Gemini.

XXV.
S. Ioanni,
Cancer.

Afini.

XXVI.
S. Thomæ,
Leo.

Sanctus ergo Petrus Apostolus, Dux gregis Christi, Arietis constellationem sibi vendicavit, primam Zodiaci, & secundum Vranometras, primam omnium: eâ nimium ratione, quod à stellâ primâ huius asterismi, quam auriculæ seu cornu arietis dextro, id est occidentali, attri-
buunt, in nostro autem globo Cathedra S. Petri sortita est, reliquarum omnium metriam atque descriptionem, ordi-
antur. Huius autem Christiani signi nostri, ex Zodiaco Patris Drexelij symbolum sit: *Renunciatio omnium*; sic enim respondens Petrus dixit Domino. *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te quid ergo eris nobis?* IESVS que ad illum: *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede Maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim, indicantes duodecim tribus Israel, &c.*

Sequens Tauri constellatio S. Andream tangit, cuius Cucullo piscatorio seu pluuiali, simulque gratiæ Salvatoris mentem nostram tuentis & protegentis signo, incesti Iouis sociorumque decorum scorta Pleiades, suffocandas; ex mysticis verò Drexelianis, Apostolo huic, *Voluntatis propensionem in bonum*, coniungendam censui; utpote cum eum, & discipulum Ioannis Baptistæ fuisse, auditoq; illo, Ecce agnus Dei, Christum vtrò secutum esse, & fratrem Simonem ad Christum adduxisse, sacris literis doceamur.

Tertium Zodiaci signum, Geminos videlicet, mutat S. Iacobus maior: cui iungi potest *Promptitudo ad mortem*: quam scilicet primus ex Apostolis passus est, neque calicem illum amarum olim propinante Christo, cunctabundus acceptavit.

Sequitur Iacobum frater eius Ioannes, Apostolus simul & Euangelista, summè dilectus Domino, & reuelationibus secretorum Altissimi, præ reliquis clarus: Ei proinde ex signis Drexelianis videtur quadrare, *Lux interna*; ex stellatis, subiicitur Cancer, altissimus Solis aditus. Huius cancri dorso, veteres, duos Sileni asinos cum præsepio imposuerunt, rem sanè superstitionibus eorum dignam, scilicet etiam asinos cælo gentilium non excludi: atque vti-
nam ipsimet sepulturâ asinorum gauderent.

Superato eminentiore hoc signo, Sol, in sequenti, quod Leonis vocant, intendere solet calorem: id etiam in

Christo & S. Thomâ, cui Litarianum series constellationem hanc tribuit, licet obseruare, nimirum vehementioribus quasi Diuini amoris radijs, errantem hanc ouiculam ad fidem reuocatam, atque ipsum S. Ioannem ad pectus Christi reclinatum. Quò subintrat, Leonis tribus ludæ per gloriosissimam Resurrectionem à mortuis, de Leone infernali reportata victoria, cuius certitudinem, non æquè omnium reliquorum Apostolorum fidelitas, atque ipsa S. Thomæ incredulitas, firmavit. Elegit autem is sibi ex Zodiaco mystico. *Detestationem præteritorum peccatorum.*

S. Gregor.
Hamil. 26.
in Euangel.

XXVII.

S. Iacobo
minori,
Virgo.

Sancto Iacobo minori, *Dilectio inimicorum*, cum sydere Virginis competit: iste siquidem, vitam, quam sanctissimam Virgineamque vixit, preces pro interfectoibus suis ad Deum fundendo, clausit.

XXVIII.

S. Philippo,
Libra.

Septimam Zodiaci partem, Libræ ascriptam, S. Philippus capit: commonstratque simul ex inditijs æternæ salutis, *Eleemosynarum cum benigno affectu*: cuius specimen, præeunte magistro, tum dedit, cum Christus, quinque paribus, totidem millia hominum, misericorditer saturauit.

Ioann. 6.

XXIX.

S. Bartholomæo,
Scorpius.

In S. Bartholomæo, cuius memoriæ, signum Scorpionis adaptatur, elucere potest, ob infractam in exquisitissimo Martyrio patientiam, illa Saluationis tessera: *Tribulatio perpetua cum patientia.*

XXX.

S. Matthæo,
Sagittarius.

Signi illius Drexeliani: *Frequens Sacramentorum Confessionis & Communionis usus*: exemplum sit, S. Matthæus Apostolus & Euangelista, velut qui, & proprio calamo (secundum illud quod dicitur à Salomone, Iustus accusator est sui &c.) publicanum se nominare non erubuit, & Sacramentum Alaris celebrans, martyrio coronari meruit. Seruit autem illi, Sagittarij constellatio.

XXXI.

S. Simoni,
Capricornus.

Sequens Capricorni, S. Simonem Chananzæum siue Zelotem excipit, cum hoc saluationis prognostico: *Auditio sedula verbi Dei.* Ad cuius quidem auditionis probationem, de discipulo Christi, argumentis opus non est.

XXXII.

S. Iudæ Ta-
dæo,
Aquarius.

Quod porro ex *Moderatione affectuum*, cœleste signum dat P. Drexelius, id nobis in B. Iudæ Tadæo, qui in epistola suâ Catholica eam docuit, liceat proponere; Ipsum autem, in stellato signo Aquarij.

XXXIII.
S. Matthias.
Pisces.

Quibus addi-
potest Ioann-
de S. Gemina.
lib. 1. summa
similit. cap.
31. vbi 12. 6.
qua Zodiaci.
toridem fru-
ctibus spiritus
Sancti assi-
lat. Quæ sunt.
1. Fides. 2. Pax.
3. Charitas. 4.
Modestia. 5.
Benignitas. 6.
Castitas. 7.
Mansuetudo.
8. Contrita-
tio. 9. Patien-
tia. 10. Gaudi-
um. 11. Boni-
tas. 12. Lon-
gumitas.

XXXIV.
SS. Iochi-
mo & Anne.
Cetus.

XXXV.
Transitui Is-
rael.
Fluvius.

XXXVI.
S. Ioseph.
Orion.

Postremum tandem Zodiaci emblemata, Quadrage-
simales scilicet, Festivitatique suæ cognatos Pisces, S. Mat-
thias, postremo in album Apostolorum conscriptus, cape-
scit, cui proinde commodè adiungitur: *Vilis sui estimatio.*

Atque hæc de restitutione Zodiaci seu animalis, in
Apostolicum circulum, cælestibus influentijs vberem, &
nunc quidem verè, prædictionibus futurorum, ex horo-
scopis & ascendentibus fidelium, accomodatum.

Supereft, stellati coeli pars tertia, Meridionale
scilicet hemispherium, quo nos, celebrationem amicorum
& rerum DEI necdum incarnati, peragenda duximus.

In huius primo, Piscibusque & Arieti gentilium, vi-
cino fidere, Cetum seu monstrum illud marinum collo-
carunt veteres, cuius faucibus absumenda Andromeda af-
flictae regioni salutem parere debebat. At verò mihi, con-
stellationis huius capacitas mitiora dictavit. Coniuges ni-
mirum Beatissimos Iochianum & Annam, quorum viscera
foelicissimam illam Virginem ediderant, per quã uniuersus
terrarum orbis, æternæ salutis precium accipere meruit.

Excitarunt porro veteres Ceto illi, ne pariter atque
caballus Persei volatilis videatur, vicinum è stellis Fluvium,
vel ut quibusdam placet, Oceanum: Hunc nos in Mare ru-
brum conuertimus, eã scilicet parte, quã Israëli sicco pede
transijt, Dominusque, & quid possit, & quæ Redemptio
(Sanctis quidem Iochimo & Annâ instrumentis medijs)
secutura sit, incomparabili miraculo ostendit.

Defecit sequentem constellationem toto coelo
præclarissimam, infanda deum soboles, spurcum Iouis &
fœciorum excrementum Orion, nullã ipse aliã re, quam
Venationis studio, & vitiandarum viraginum caninã pru-
rigine apud poetas clarus. Quod fidus (humiliter inui-
tante me) honori suo restituere dignetur, omni honore
maior S. Ioseph, Regiã Davidis stirpe oriundus, Matris Vir-
ginis Virgo Maritus & comes, ipsius denique Altissimi pa-
ter in terris habitus, filialiq; Eius subiectione & obsequen-
tiã, dignitatem Beatorum omnium ordinum, ineffabili-
ter supergressus.

Adest veterum Orioni inter sidera, timiditatis sym-
bolum Lepus: quem quidem ex depopulatoribus insulæ

Iero fuisse, eoque fini stellis designatum esse, satis ridiculè nonnulli existimant, vt vel ab ipsis leporibus nobis timere doceamur: alij venatoris gratià eleuatum ad astra Leporem arbitrantur: sed quid si anceps Venus id effecisset? diuinare licet. Verumenimuerò quidquid id sit, nos, ad maiorem fecundæ Virginitatis gloriam, Vellus Gedconis oportunè hoc loco explicari posse iudicauimus.

XXXVII. a
Vellus Ge-
deonis,
Lepus.

Constellatione hæc, inferiores, Canique gentiliū maiori, vicinæ sunt notabiles aliquot stellæ, nudæ olim, sed à recentioribus, Columbæ formâ insignitæ: hæc, quia aduolanti cum oliuæ ramo ad vicinam constellationem, (quam Arcæ Noachi attribui mus) similis est, proculdubio retinenda fuit. Aduersamur enim Christi fideles gentilibus, quorum æquus Iupiter, licet (id quod Mæro poëta græcus fingit) columbis pariter vti aquilæ, delitescentis in antro infantie nutrimenta debuerit, tamen

XXXVII. b.
Columba.

*Hanc, patri alitomas mox regno victor adempto,
Esse immortalem voluit, celoq; locauit,
Nec vllò timidus decorauit honore columbas.*

Sequuntur porrò Leporem antiquorum, Canes duo, maior & minor, vterque, vt videretur, venaticus Orionis, quamuis ille, proprio nomine Syrius, hic Procion vel etiam canis Orionis appellari soleat: sed & maiorem, Vulcanus vitalem ex arè fabricasse, almus autem Iupiter, nescius quid faceret, in lapidem deinde conuertisse, ac apothecosi donasse, fertur. Illustria Sanctorum Prophetarum lumina, vnici quidem Psalmistæ Regis commemoratione, in hoc canis maioris asterismo repræsentare, partim penuria siderum adegit partim etiam eminentissimus Syrii fulgor persuasit. Quo quidem loco recoli, mansuetissimus ille ac fidelissimus DEO Dauid, non dedignabitur; cum & ipse, eò humilitatis, vt cani mortuo se compararet, prior descenderit, neque etiam pestilentes Syrii radios calumniantibus, negaturus sit, suo quondam peccato, venenata contagia populum inuasisse.

XXXVIII.
S. Regi Da-
uid,
Canis maior.

i. Reg. 24.

Alerum seu minorem canem, in Agnum conuertere licuit, Paschalem scilicet veteris testamenti: prædulce symbolum Agni DEL Filij Dauid, Filij nutritij Ioseph.

XXXIX,
Agnus Pas-
chalis,
Canis minor.

XL.
Arcæ Noë.
Argo Navis.

Hinc reuerſi ad Arcam Noë, figuram Nauiculæ S. Petri, eam, nullo vt arbitror Chriſtiani nominis aſſectâ contradicente, palàmq; conſentiente maiore neoterico- rum parte, & non nemine antiquorum; è montibus Ar- meniæ, in ſtellatum Navis Argo locum, facili negotio ſu- ſtulimus.

Numerantur porrò à plerisque poſt conſtellationem Navis,

Ocid. 2. Paſt.

*Continuata loco tria ſidera Coruus & Anguis
Et medius Crater :*

Cuius proinde connexitatis, & nobis habenda fuit ratio, utpote quæ tam in ipſo ſtellarum ſitu, quam in fabulâ con- ſiſtat; inſulſiſſimâ quidem fabulâ, quâ nimirum canitur, ni- grum illum diuini Apollinis alitem, ab hero, Ioui ſacrifi- cium parante, ad hauriendam aquam cum inaurato vaſe demiſſum, repertarum ſicuum in gluuie, eundem fruſtraſ- ſe, moræ autem culpâ in hydram per mendacium conue- ctâ, ab irato ſuo deo, cum Cratere & Angue inter ſidera relatum eſſe. Colubrum itaque ſeu Hydram, quam in- fernalis coruus, gentiliū cæcitate, iam tertium ſtellis cœli ſedibus palàm ingeſſit, nos, ipſius conſtellationis ſpa- cioſo tractu inuitati & quaſi adacti, multis nominibus ce- leberrimo Iordanis ſtamine, abolendum; Craterem au- tem & Coruum copulatos, in Arcam fœderis ſeu teſtimo- nij, quæ populo Iſraelitico per medium ſtium ſiccum para- uit aditum, commutandos duximus. Vaſ ſanè ſideribus dignum, & inter ſacrâ Altiffimi, facile primum.

XLI.
Iordani ſtu-
uio,
Hydra.

XLII &
XLIII.
Arcæ fœde-
ris,
*Crater &
Coruus.*

Deſiderârunt præter hæc, australia ſidera, Sanctorum quoque Patriarcharum & Chriſti maiorum Abraham I- ſaac & Iacob, venerandas imagines: Veruntamen quæ eas, quantum licet, aptè reciperet, ex antiquis nulla conſtella- tio, niſi biformis Centauri, cohærentis que Feræ ſeu Lupi, apparuit; laruæ quibus vel ipſum cœlum formidabile red- datur, Conſtitui itaque, eas, Centaurumque in primis, efficaciſſimâ Sacroſanctæ Crucis Chriſti figurâ, per Abra- hamum & Iſaac præſignatâ, cœlo expellere. Sic quondam S. Antonius (referente Diuo Hieronymo) per deſerta ad Seruum Dei S. Paulum primum eremitam tendens, con- ſpectum hominem equo mixtum, cui opinio poëtarum (vt verbis S. Hieron: vtat) Centauro nomen indidit, ſalu-

XLIV.
S. Abraha-
mo & Iſaac,
Centaurus.
Hier. in Epiſt.
de vita Pauli
primi Ereem.

taris illius impressione signi armatâ fronte, fugauit: ita nuper Hispanorum zelus, ipsum hoc astrorum dedecus, alterâ & minusculâ è stelliis, cruce (el Crucero quam vocant) adortus, eiectionem eius feliciter inchoauit. Neq; verò, si fabulis locum aliquem demus, indigna adedò erit Sanctis nostris hæc constellatio, cum eâ, Centauro huic Chironi nomine, plurimum pietatis, iustitiæ & hospitalitatis ascribant: quæ omnia in Sanctos Patriarchas verè cadunt, atque ea sunt, quibus mortales ad sidera euehantur.

Ad Lupi autem seu Feræ constellationem quod attinet, eam (vt modò insinuatam) felicissimus ouium pastor, atque à Deo mirificè exaltatus Iacob, ad maiorem eius gloriam, vt olim pelliculas hædorum syluestrisque fratris vestes, induat necesse est.

Sequitur Ara; quam solam rectè se cœlo locare, credere gentiles potuerunt, licet reuerâ demonibus eam sacrificauerint. Illorum itaque errorem Altare Thymiamatis, veri DEI iussu & sacrificijs constructum, simulque Saluatoris Christi, atque virtutum & meritorum Matris Virginis typus, emendet.

Asterisum præterea Coronæ meridionalis, & siue illâ, vicini Sagittarij, aut fabulosam Thesei coronam, siue aliam quamcunque, vel etiam damnati Ixionis rotam, veteres designare voluerint: Diademati Regis Salomonis, cuius cant. 3. fit mentio, nuncupandum censui: per motus Spineâ Christi Coronâ quæ Septentrionem ornat, elegantibusque piorum contemplationibus, quibus duo hæc Diademata, inter se conferuntur.

Paridenique ratione, vt quia scilicet Delphinus seu Piscis Septentrionalis Hydriæ Chananae cessit, in Austrini quoque siue Notij Piscis locum, correspondens emblemata substitui, Hydriam nimirum miraculo non deficientis farinae claram, quam Elias Propheta, hospiti suæ viduæ Sarephanae, iubente Domino, benedixit. Cum accedat quod fabulis traditur, Notium hunc Piscem, laborantis quondam Isidis seruatae præmio, fidereum euasisse: Vnde adedò longè rectius Hydria Sarephana, inexhaustam miserentis auxiliantisque DEI in suos largitatem & beneficentiam, de cœlo in posterum annunciabit.

Crucero.

XLV.
S. Iacob: sic
Iacob Patri-
archæ,
Lupus.

XLVI.
Altari Thy-
miamatis,
Ara.

XLVII.
Diademati
Salomonis,
Coronâ me-
ridionalis,

XLVIII.
Hydriæ S.
rephanae,
Piscis Notii.

Constellationes
Australis
acotericæ.

IXL.
Aaroni,
Grus & Phœnix.

L.
Iob,
Indus & Pavus.

L.I.
Euz,
Apis Indica, Apis, Chameleon.

LII.
Signo Tau
Ezech. 9. Triangulum Australe.

LIII.
Abeli,
Piscis volans, Dorado, & Nubecula maior.

LIV.
S. Raphaeli
Archangelo, Hydru, Tonican, & Nubecula minor. Tobie cap. 8.

Restant Australiora sidera, veteribus incognita, & à nautis demum nostri seculi descripta, talibusque imaginibus inumbrata, quæ gentilium figmentis, rectè coniungantur: vnde nec has quidem constellationes Christianis non adæquari, ratio permisit: ac proindè (quod neque antiquitate, nec exquisitâ inuentione, aut literarum monumentis fulciri videantur, licentius paulo ijs vsus, copulato Grue & Phœnice, Summum & primum Domini Sacerdotem Aaron, in vicem expressi:

Asterismis Indi & Pavonis, Seruum DEI Iob.

Atque cum non solum contra pietatis foret officium communem omnium primamque Matrem nostram Euzam, in hac Testamentorum descriptione præterire, sed & ipsa stellati huius corporis Christiana compages, quam ex præcipuis vtriusque Testamenti Personis Mysterijsque elaboratam esse optauimus, omisso notabili & vniuersalissimo hoc membro, mancam se spectatum proponi, non immeritò conqueri posse videatur; Recentiorum Apem Indicam, cum Ape nostrate, atque Chameleonte, in Constellationem Primogenitricis illius nostræ Euzæ, coadunauit.

Triangulum verò seu Deltoton Australe, in salute signum & characterem Tau, perelegantem gloriosæ Crucis Christi figuram, diduxi.

Insuper & Signa Piscis volantis, atque eius quem Dorado vocant, cum adiacente Nubeculâ, è regione quasi paruulorum Innocentum, Prothomartyrisque Stephani sita, Abeli iusto consecraui.

Actandem, vt æquali præfide vterque mundi axis siue polus muniatur, Sanctisque Angelis etiam in Meridionali hac cœli plagâ, honor debitus decernatur: constellationes nostras nouas & Christianas, celebratione Sancti Raphaelis Archangeli astantis ante Dominum, absolendas duxi, eique, qui dæmonium in deserto superioris Egypti quondam religauit, Hydru, sub cuius pelle diabolus, nostro etiam æuo, nescio quibus blandimentibus,

inter sidera recens turpiterque irrepsit, cum peregrinâ
aue Toucan, atque Nubeculâ minore, venerabundus
subicci.

Posthæc verò vidi turbam magnam quam dinu-
merare nemo poterat. Circulū videlicet seu Viâ Lacteam,
ex infinitate stellarum haud dubiè compactam: quæ (o-
missâ de lacte Iunonis portetosa fabulâ) ipsis quoq; veteri-
bus, Semita herorū videbatur. Ecquid ergo nos? numné eâ
*turba illi magne & innumerabili ex omnibus gentibus, Stribubus, & po-
pulis & linguis stantium ante thronū & in conspectu Agni &c.* debebi-
mus? Ego quidem in hanc sententiam totus eo; atque
(suggerente idipsum mihi. R. P. Ioanne Baptista Cysaro
Societatis IESV, atque in almâ Ingolstadiensium Aca-
demiâ ante annos aliquot, Matheseos Professore ordina-
rio) singulare hoc cœli decus, infinitumque stellarum ag-
men, Viam Beatorū Omnium, hisce salutare atque enuncia-
re, non dubito. Deprehēdet studiosus inspector in hac cœli
stellati viâ, imprimis Regium Crucis Christi signum, deinde
etiam vestigia SS. Apostolorum, vt ipsius S. Jacobi
maioris, Martyrum quoque & Pœnitentum, Doctorum,
Confessorum atque Virgininum, aliorumque DEI San-
ctorum ac Electorum, tantoque facilius, eam Beatis om-
nibus dedicari, consentiet.

Apostol. 7.

Viz Beato-
rum omnium
Via Lactea.
Eam Germani
Viam S. Iaco-
bi, sive ad Sa-
cobam Com-
postelli, nomi-
nate conse-
crerunt.
S. Jacobi
Straß.

Quod reliquum est, Benedicite stellæ Cœli
Domino, laudate & superexaltate eum in secula: Gaudete
etiam & exultate Sancti, quia Dæmonia (superstitionum
gentilium) subijciuntur vobis, & nomina vestra scripta sunt
in cœlis.

Epilogus
Dn. 3.

Lucæ 10.

Tibi autem REX COELI ET TERRÆ,
ECCLESIAEQUE TVÆ TRIVMPHANTI
IVXTA AC MILITANTI, indignus Ego I V L I V S
SCHILLER D. studium istud, & humilem conatum
meum, omni quo possum cultu, supplex offero: Atq; cum
hoc in instituto, Tua, Sanctæq; Matris Ecclesiæ gloria ma-
ior, scopus vnicus mihi fuerit, eidem Ecclesiæ, eiusq; San-
ctissimo Antistiti, pijsq; ac bonis omnibus, quibus au-

Dedicatio o-
patis, &c.

gumentum gloriæ & honoris Tui mecum cordi est, rem
hanc omnem penitus submitto. Nasutos autem, hypo-
critasque & superbos non moror, utpote quem Gallorum
proverbium certum reddat: canes, quantumvis Lunam
latratu petant, eam tamen morfu non assequi.

*Sicque (vt Nafonis verba in calce quoque Metamor-
phoseos huius Christianæ, adhibeam)*


opus exegi, Domino quod dante, nec ignes,

Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Vnde laus sit **DEO**, **DEI** paræ, Sponsæque **DEI** Triumphanti
& Militanti Ecclesiæ.



MONITA Sive NOTÆ AD IPSAS OPERIS HVIVSTA- BYLAS VRANOMETRICAS.



CHRISTIANARVM Constellationum no-
vas Tabulas exhibitur, quò condito earum in-
tegrus perspicitur, & usq; reddatur certior, ad-
monitioniculas seu notas quasdam peculiares, illis
et tandem præmittere, necessarium duximus.

I.

*Quarum prima sit: Ipsæ hæc Tabulas seu
Asterismorum schemata quæ recens proponimus, Ioannem Bayerum
I.C. simulque Vranometrie studio clarissimum, (relictâ quodam mihi em-
blematum Christianorum distributione atque adaptatione, reliquaque
operis structura & curâ) pie nouitatis huius promouenda insigni zelo,
ex integro nouas descripsisse, manum autem ultimam, præsertim quo ad
Constellationem Septentrionis, quam, cum adiacentibus stellis in formis
bus, plenissimam asserre constituit, morte præuentum, eis non impossuisse:
Quâ de causâ (quia metrice eius, quod momenti aliquid haberet, præter
Septentrionem illum, nihil à me additum vel detractum) si quid for-
tè imperfectiõnis hinc in dè emeris, candidus Inspector meriti boni con-
sulet, neque, quæ Bayerus si vixisset, emendaturus aut suppleturus ad-
huc erat, neglecta aut errata, facile inducabit. Destituit quoque mors
hæc, præseus opus, Prolegomenis quibusdam Astronomicis, quæ ad ubi-
oriorem eius usum, aliqualemque eruditionem mihi pernorum Mathe-
maticæ, Bayerus ille noster, hoc loco addenda, mente iam conceperat.
Clausit autem diem extremum, Non. Mart. sèquisequendâ circiter ante-
lucarâ. Anno Christi M DC X X V. Atque eius ad Diui Domi-
nici Aug. Vind. hic extat tumulus, à Reuerêdo & Clarissimo Viro Mat-
thiâ Raderò Societ. à IESV Presbytero &c. conscriptus, à me grati a-
nimi ergo, huc relatus.*

¶

H. S. E
IOANNES BAYERVS IVRIS PRVDENS,
ET INCLVTÆ REIP. AVGVSTANÆ
ADVOCATVS,
ASTRORVM COGNITOR, COELI METATOR,
ET NOBILI VRANOMETRIÆ OPERE
PVBlice NOTVS, OMNISQVE ANTIQVITATIS
STVDIOSISSIMVS PERVESTIGATOR.

RHAINÆ

Præfendum
Tabularum
metricæ cuius

Obitus Baye-
ri ante seculi
finem absoluti
ocem operis.

Epitaphium
Bayeri.

RHAINÆ BIORVM, ANNO CI. IO. LXXII.
NATVS. EXIN NONIS MARTYS CI. IO. CXXV.
ANNO SACRO AVGVSTI DENATVS,
CVM ANNOS TRES ET QVINQVAGINTA
CÆLEBS VIXISSET.

C V I

AD NOTA SIBI ET FAMILIARIA SIDERA
CVM SIGNO CRVCIS
CVIVS LAVDES DVM ANIMAM AGERET,
CECINIT,
TRANSEVNTI,
MERITO EX POETA ACCINAS:

*Felices anima quibus hæc cognoscere primis
Inq; domos Superas scandere cura fuit.
Non venas aut vinum sublimia pectora fregit
Alicui humanis esferre caput.
Admouere oculis distantia sidera nostris
Ætheraq; ingenio supposuere suo.*

Sic petitur cælum.

II.

*Discrepat Vranometria hæc Bayeri, vt Stellarum numero & cu-
mulo, ita & situ earum, à Vetere sua Anno M DC III. editâ, pluribus in
locis, vbiçunque scribetur ex nouâ siderum recognitione & obseruatione,
plurimarum nocturni vigilijs pertractatâ, probationibusque auctoribus,
rem aliter se habere deprehendit: Vnde & priorem illam suam, tanquam
pluribus in locis corrigendam, de nouo imprimi atque divulgari voluit:
Nec tamen impedire potuit, quin Mercurius quidam, sub nomina Typo-
graphi Anonymi, licentiam operamque quam Christophorus Mangus
Augustanus, pridem desunxit, ad imprimendam primam, olim habuit
& adhibuit, callidè prætexenti, clanculum, ne quid grauius dicam, recu-
di eam curaret; singularique astu, Catalogis Autummalibus nudima-
rum Francofortensium anni 1624. titulum Vranometricæ Bayeri nouâ
methodo delineate, ingereret, ac tali suco, incautus, qui præsentem nouam
methodum expetebant, Veterem, anno quidem 1603, nouam, suo ali-
quo lucello, obtruderet. Verum tamen remisit Bayerus homini iniuriam,
ad maiorem Alti sumi, Cuiusque eidem restituit, honorem & gloriam.*

Bayerus ani-
mam agens,
postestis fuit
Crucifixi XPI
Simulaculo,
procurpi in
decentatio-
nem Hvmani
Vasilla Regis
pedem Eul-
get Crucis
Mysteriâ &c.

Præfens Baye-
ri Vranometricis
priors suâ e-
mendatione &
actione.

III.

Vranographia
presens repre-
sentat cœli fa-
ciem vt con-
uexam, globis
conformem.

Descripsit porro idem Bayerus, novas has Constellationum tabulas, inuersa methodo, & sic nouâ, à suis prioribus, cœlum scilicet vt conuexum, quale globi exhibent, non concauum, quemadmodum illæ, representantes; quod parim varietatis, imprimis verò in re tam noua, necessitatis quasi ratio suasit: cum enim Vranometriam omnem veterum, tam in tabulis globisue, quàm in libris & instrumentis Mathematicis, secundum presentem hanc methodum constructam reperiamus, quotidianoque cœli motu, signa caelestia hoc ordine se mutuo precedere insequique videamus, faciliorem utique Christianarum imaginum indagacionem perceptionemque, & collationem cum antiquis fore sumus rati, si magis usitatam, Scholisque & practicis familiarem, conuexi scilicet cœli faciem retineremus, eumque ordinem, quem ipse quotidianus stellarum ortus & ad Occasum transitus, tenet, primâ hac, & quo ad fieri potuit elaboratissimâ Christianarum Constellationum editione, sequeremur. Et quidem nec res ipsa presens, Vranographia scilicet in librum redacta, methodum illam concaui cœli pateretur; cum enim in planis seu tabulis eiusmodi, Dodecatemoreorum ordo, necessariò præposterus, atque inuersus, motusque totius cœli ac siderum retrogradus, resultaret, signo nimirum Tauri, Arietem, Geminorum, Taurum, & sic deinceps, precedente, consequens quoque necessariumque foret, etiam in libro & tabularum serie, Constellationem S. Petri siue Arietis, et qua S. Andrea seu Tauri est, & qua S. Iacobi maioris seu Geminorum dicitur, S. Andrea (atque sic de cæteris) nouo exemplo præponere. Neque verò constellationes presentis modo descriptas & in volumen compactas, vsu suo, in parandâ siderum cognitione, illis ad rationem cœli concaui inuersis, multum cessuras spero, vt quæ & hoc videantur habere incommodi, quod cum ad praxin deuenitur, in alium quasi tenendæ, sursumque, tanquam prone ad nos, inspicienda sint, sic autem impedito stellarum lumine, descripti in charta asterisci, non sine difficultate videantur, id quod in tabulis nostro modo conscriptis, quia eas supinas tenemus, vel ante nos collocamus, aequè non accidit. Verùm, si Constellationes eas quæ Septentrioni sunt viciniores, conuersi ad Septentrionem, libro seu tabula tanquam à lecturis ante nos explicatæ, conferamus, atque è diuerso, in disquisitione reliquarum, seu quæ Meridiem versus spectantur, supinam ante nos tabulam sic disponamus, vt lecturo inuersa, pedes imaginum ad Austrum, capita verò, quæ sunt ipsa pars Septentrionalis, ad eandem plagam Borealem tendant; correspondebunt tanquam filis seu perpendicularis è stellato cœlo in chartam demissis, dextra dextris, sinistra sinistris, ita vt quam stellam aut vicinam constellationem, tabula ad laeuam, quam ad dextram, quam ad

Methodo hac
concaui cœli,
non minus ex-
pediè dispen-
sat stelle, quæ
cœli concaui
& quomodo.

Septentrionem & quam denique ad Austrum exhibuerit, eandem elenato tantum oculo, in caelo ad dextram, ad sinistram, ad Septentrionem & Austrum rutilantem, absque omni perplexitate, facili negotio reperturus sis.

IV.

Damus insuper Christianas has nostras imagines, licet in conuexo globo, à fronte tamen inspiciendas, non quales antiqui, ridiculo, ne dicam insipis, & (impudenti lapsu cacodemonis) indigno truitibus humanis spectaculo, posteriorum obuersione depinxerunt. Decet amicorum Christi ora & pectora mentibus oculisque nostris obuersari, quorum imagines, quia in ipso caelo stellato neque pronas neque supinas videmur, in Charta saltem & globis, ad nos conuersas, honorato gratoque pijs & Christianis oculis obiecto, hac vice exhibendas iudicauimus; non minore artificio & dexteritate, quam cupiditate restituendi Creatori suo caeli stellati, per clarum inter pictores Matthiam Kager ciuem Augustanum, Christiana huius Vranographiae promotorem tertium, concinniter & primo delineata.

V.

Cum autem (ut Mathematicis notum est) stelle firmamenti, quae fixae aut affixae, uel etiam inerrantes dicuntur, praeter gyrum quem circum polos mundi singulis diebus, id est viginti quatuor horarum spatio, ab Oriente per Occidentem, rapidissimo cursu absoluunt, alio suo peculiari & contrario id Occasu scilicet in Ortum eoque lentissimo motu, secundum polos eclipticae, una omnes immota inter se, uelut in navi uectores, iam à sui creatione serantur, atque (iuxta calculum & supputationem accuratissimi Tychoonis Brahe) singulis annis 51 scrupulis secundis, annis uero centum, parte seu gradu uno & minutis seu scrupulis primis 2 5. à punctis seu terminis aut Coluris AEquinoctiorum recedant, atque hinc uice uersa, puncta illa AEquinoctialia tanto longius praecedant: Vnde & haec punctorum sine linitum AEquinoctialium ab ipsis stellis elongatio, Praecessio AEquinoctiorum nuncupatur: Nos praesentes Astersis horum tabulas, & stellarum fixarum metriam, ad rationem anni M. DC. XXV. completi, descripsimus, viginti nimirum & uno minuto secundisque quindecim, à terminis illis AEquinoctiorum, ad ortum remotius, atq; sitis firmamenti seu stellarum inerrantium, anno Christi MDC. (qualem priores Bayeri tabula, Tychoonicaeque globi, exhibent) AEquinoctiorum respectu, fuerat.

Quo loco notandum, aliud esse constellationem S. Petri (Arietis) S. Andreae (Tauri) & reliquorum Zodiaci ex stellis compositorum signorum, aliud eorundem Dodecatemoria olim definita, cum haec, uti

Noae nostrae imagines si-tem spectato-ri potuerunt.

Concionator Picturae, Mat-thias Kager.

Metus stella-rum fixarum.

Praecessiones AEquinoctio-rum. Vranometria praefas defecti-pte secundum Annum Saerū. 1662.

Signa Zodiaci stellata & non stellata. Dodecatemoria.

Simplexiter
prolato aliquo
nomine signo-
rum Zodia-
ci, Dodecatemo-
ria tantū,
& non Asteris-
mi intelligun-
tur.

In Systemate
Astronom. lib.
1. sect. 1. cap. 6.
& sect. seq. c. 1.

Progymnaſt.
lib. 1. Tit. de
mora proprio
Astronom. & c.
6. porro ne
quis. fac. 173.
& seq.

Istis coniu-
gatur notae
ad Tabulam
seu Constella-
tionem. 22.
Definitio seu
descriptio stel-
larum.
Contra Pla-
nitariorum
sententiam,
existimantem
ficta esse ani-
malia bracti-
ma, & cum his
compositis
picturis. S. Au-
de Cluſt. Dei
lib. 1. o. cap. 29.

Et ipsum punctum *Æquinoctij Verni*, à quo, cœlum in duodecim unicas per polos ecliptica (ut ex globis patet) dispersitum est, sunt inuariabilia; stellata autem illa forma, ex classibus hęc sedibusque quondam suis, suoque nomine & charactere nihilominus notatis, maximam iam partem, in vicinia ad ortum Dodecatemo-ria emigrarunt, quotidieque, licet occultissimè, emigrant: Ad eò ut cum triginta gradus cuique Zodiaci signis assignantur, vel Sol aut Luna alijsque Planeta, hoc vel illud Zodiaci signum ingredi, pererrare, velegredi dicuntur, id non de signis stellatis, sed de imaginarijs illis, iam olim in cœlo, secundum *Æquinoctiorum* & *Solstitiorum* immutabiles quadrantes, definitis, signorumque stellatorum memoriâ imbutis duodecim classibus siue uncijs, quæ Dodecatemo-ria, ut diximus, nominari solent, intelligendum sit.

Quanto autem temporis intervallo, stella firmamenti seu fixa, periodum annumque suum Magnum & Platonicum absoluant, nondum convenire inter Mathematicos refert Barthol. Keckermannus, atque de communi Astronomorum opinione, requiri quadraginta novem annorum milia; secundum Copernicum vero, vicies quinquies mille octingentos & sedecim annos: Quæ sanè nimis enormis est discrepantia. Et quidem nec ipse Tycho questionem hanc desinit. Quod si verò ponamus, supputationem eius, quæ quo ad Præcessionem *Æquinoctiorum*; gradui uno, Septuaginta annos & Septem menses, vel centum annis, gradum unum, & 25. minuta, anno verò unius & secunda assignat, certam & perpetuam esse (prout calculus iste, ipſusmet Brahe testimonio à temporibus Hipparchi, (quem corruptè *Abrachin* vocant, qui quæ centum & viginti annis ante Christum natum vixisset dicitur) ad nostra usque, adeoque 1745. continuis annis, satis constans perfectaque deprehenditur) perficient fixæ periodum suam, annis 25411. Eousque autem num mundus duraturus sit, DEVS novit, homines vix credere possumus. In unius verò Dodecatemo-riæ siue triginta graduum spatio emetiendo, insument annos 2117. & menses novem. Atque sequeretur ex his, stellam primam *Arietes*, quæ prima omnium dicitur, ante annos abhinc fere 1974. ipsum *Æquinoctij Verni* limitem occupasse.

Est autem stella (ne dum stellas tracto & trado, esse earum intantum relinquam) ex mente Bayeri Corpus solidius, inanimatum, expers rationis, ex orbium cœlestium materiâ quibus inheret conflatum, figurâ globosâ, & naturâ habens aliquid lucis propriæ, quodque motu non proprio, sed orbium, circumfertur. Gradum verò, quorum spatia sine latitudine nobis imaginamur, & per quos tanquam pedes *Vranographicos* cœlestem metriam institimus, noverrunt Tyrones *Matheſes*, esse trecentestimam sexagesimam particulam totius ambitus cœlestis globi, prout tot

gradus in circulo Aequinoctiali sive Aequatore, à puncto æquinoctij Verni quod est initium Dodecatemorii Arietis, usque ad idem punctum integrè describitur. Minutū sive Scrupulū primū, est sexagesima pars unius gradus: Secundū, id est scrupulū secundū, pars sexagesima unius Minuti. Gradus porro alij dicuntur Longitudinis, alij Latitudinis: Longitudinis, qui secundam Eclipticam seu Viam Solis, à puncto seu Coluro præcipuè dicti Aequinoctij Verni, per duodecim Signorum classes, triginta particulis seu tribus Decanis distinctas, numerum 360. aequè complent, & modo maiores modo minores resultant, prout vel Ecliptica (qua cum AEquatore pares gradus habet) vel eius polo viciniores sunt: Latitudinis, qui ab Eclipticā, utrumque eius polum versus, per quadrantes, nonaginta scilicet æquales particulas, numerantur: Cuiusmodi etiam sunt gradus Eleuationis Poli, Declinationumque & Ascensionum stellarum, qui ab AEquatore, ad polos eius progrediuntur, atque in globorum Meridianis continentur.

Gradus, Minuta, Secunda.

Gradus Longitudinis & Latitudinis.

VI.

Mutatis gentilibus in Christianas imagines, & quidem ipso Signifero circulo, SS. XPI. Apostolis assignato, consequens fuit, characteribus quoque, novis & convenientibus, Dodecatemoria Apostolica distinguere, ut quod subsequenter notis effectum, cui scilicet Dodecatemores Primi,


Characteres Christiani Dodecatemorem.

quod loco Arietis S. Petro cessit, character sit: Clavis	— — — — —	☞
Secundis, quod S. Andreae: Crux decussata	— — — — —	✕
Tertij, quod S. Iacobo Maiori: Scipio sive Baculum	— — — — —	⚓
Quarti, quod S. Iohanni Evangelistæ: Calix	— — — — —	☪
Quinti, quod S. Thomæ: Hasta	— — — — —	⚔
Sexti, quod S. Iacobum Minorem tangit: Fustis fullonius	— — — — —	⚒
Septimi, quod S. Philippum: Crux parvula	— — — — —	✕
Octavi, quod S. Bartholomæum: Culter	— — — — —	⚒
Noni, quod S. Matthæum Evangelistam: Bipennis	— — — — —	⚔
Decimi, quod S. Simonem: Serra	— — — — —	⚒
Vndecimi, quod S. Thaddeum: Clavis	— — — — —	☞
Ac denique Duodecimi, quod S. Matthæi obtigit, Instrumentum Martyrij eius, Securis	— — — — —	⚔


Nec tamen eò minus, consuetæ hæctenus Dodecatemoreorum signa characteristica, tabulis quoque nostris adiecimus: imò pro expeditiore earum usu, maioreque studij Mathematici commodo, sola, in ipso initio & primo quasi limine Dodecatemorum, expressimus: Novis nostris, proximè à tergo seu ad finem præcedentis Dodecatemorei, annotatis: Quæ tamen nova sic accipienda sunt, ac si pariter cum antiquis in primo limine

Characteres novorum antiquis in hoc opere coniungendi.

cuusque Dodecatemorei collocata essent, ut exempli gratiâ, coniunctim :

 & sic deinceps.


Charactères Zodiaci veterum, versiculiq̃ memoriales Signorum illorum, vulgò noti sunt, scilicet isti.

 Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.

Noua autem nostra SS. Apostolorum signa sine hieroglyphicâ, bis versus (donec feliciores sequantur) suo ordine comprehendunt.

Sunt noua Zodiaci quæ bis sex Signa sequuntur :

 Clavis, Crux maior, Baculum, Scyphus, Hasta, Sudesque,

 Crux, Culterque, Bipennis, Serra, & Claua, Securis.

VII.

Pari ratione, atque ut harmonia Christianorum siderum undequaque absoluat, Planetis quoque Christianis, suas notas designant, non tamen nouas aut insuetas, sed ipsas veteres, inuersas tantum; Scilicet ut pro signo seu inimicâ falce Saturni, quæ hoc situ poni solet ♄. nos Adamo falcem erectam ♃. ascribamus; Hic enim primus in propriam messera suo sudore procuratam, falcem immisit. Iouis characterem ♃. qui à græco (Ἰὺς id est Iupiter, originem traxit, sic inuersum ♃. Moysi rectè attribuemus, designantes nimirum cum Virgula, Virgam mirificam Moysis, atque cum reliquo ♃. ambages deducti per desertum populi Israëliti. Telum insani Martis ♂. quod superis imitari videtur, noster Mars Iosue Solis ΧΠΙ. mystica figura (prout ☉ character Solis ipsi huic celo coheret) in sacrilegos, contemptoresque DEI, atque inimicos Crucis Christi conuersum ♃. teneat, ac moderetur. Signa Solis ☉. & Lune ☾. eo ipso quod figuras luminarium horum exprimunt, Christiana iam sunt, adeò ut inuiti licet aut ignari, Turca ☿ Infidèles, proprietatis ius, mystico Soli ☉. Lune Sanctorumque Sideribus, attribuant, obiciq̃; hæc eorum signa & symbola, templis siue Moscheis, Regijs, Urbibus, aliisque locis aut adificijs, rebusue suis, imponunt vel prefigunt. Venus porò hieroglyphicum ♀. quod orbem terrarum seu Pomum Imperiale inuersum representat (vñ reuera Venus hoc in terris habentis potuit, ut spreto Crucis rectique tramite, suprema mis vndique mutarentur) honor suo restitutum ♂. Beatus Ioannes Baptista Crucifixi Solis Prodromus, Poenitentia predicator ☿ Speculum, iure sibi veniat &

Sudes, pro Fusile fallonum.

Charactères Christiani Planetarum.

ascribit. *A*Equè Mercurij signum ☿. (quo fabulosum caduceum eius, veteres significare voluerunt) si inuertamus ☿. Altero Ioanni, S. Elie scilicet Propheta, & Præconsecundi Aduentus Domini, bellè conuenit, utriusq; nimirum characteris qui Sanctis his obtingunt, paritate, officij quoque paritatem designante, cum (teste S. Augustino) Elias, ad secundum Christi Aduentum, idem futurus sit, quod S. Ioannes ad primum. Quem Christi Ultimum, imò ipsius Elie secundum aduentum, oportune insinuant, virgule due, in basi secundi huius pomi terrestri comparantes.

S. August. Exposit. in Euan. Ioana. tract. 4. cap. 1.

Dies septem hebdomadae.

Characterum istorum occasione, iuuat obiter tangere, quod multos viros pios & graues, necum malè habere scio: Septem nimirum Hebdomadae dies, in hoc æternum usque, gentilium planetarum nominibus, toto quasi Christiano in orbe, non sine eiusdem dedecore & opprobrio, ab omnibus vulgò appellari: Licet non solum Clerus, eos, Feriarum numero & ordine, ab antiquissimis temporibus, sanctè commodeque distinguat; sed & satis promptum videatur, alijs commemoratiombus & rebus Christianis dies istos insigare: veluti si exempli gratia, diem Solis, Dominicam: diem Lunæ, Spiritus S. Paracliti: Martis, Beatorum omnium Mercurij, Ecclesie Catholice & necessitatum eius: Iouis, Cæna & Corporis Domini: Veneris, S. Crucis ac passionis Christi: & demum Saturni seu Sabathi, Deigenitricis Virginis Mariae, Dominae nostrae Germaniæ cum adiectiuo) Dilectæ, diem dicamus. Quorum potiora, longo iam usu à fidelibus in dies illos relata videmus, tantoque magis gratæ fore (si talia aliquando publicè introducenda erunt) credere possimus. Verum hoc, vt dixi, obiter atque incidenter.

Ceterum, vt & de Planetis notitia aliquid presenti ex opere percipi possit, annectere hoc loco libuit, In primis, Planetarum lumen apparetre tranquillum & constans, non tremulum & scintillans vt fixarum, nimirò: Situs & interstitia eorum, tam inter se, quam inerrantium respectu, semper variari, fixas, intervalla sua nunquam mutare: Planetas porò, extrà signiferi metas seu terminos, octo nimirum gradus ab utroque ecliptica latere, non euagari, adeoque non nisi circa eclipticam, (que recta eius Solis est) atque per signa Zodiaci stellata, deprehendi: Habere eos, præter quotidianum motum ab Oriente per Occidentem, peculiarem quoque suum & retrogradum, &c.

Planetarum, motus, color, & magnitudo &c.

Et quidem suprema inter Planetas, Sphæra que orbis seu Firmamento aut Expansio vicinissima stella ☿. coloris plumbei, vel vt alij notant, luentis; globo terrestri (secundum antiquos) noxiæ, secundum Tychohem vero, viginti & duabus vicibus maior, cursum suum proprium peragit, triginta circiter annis. Alterum erraticorum sidus ☿. grati & clarissimi splendoris; veterum existimatione, terra globositate

Quæ de magnitudinibus Planetarum hic recensetur sunt ex Braheo, Primæ parte prognos. Vrbisburgi & Præge Imp. Anno 1602. fol. 473. 474. & 420b. seq.

plus quam octuagies, Tychonis verò calculo decies quater ferè superans; motus sui periodum absoluit, annis propemodum duodecim.

Tertius in ordine deorsum Planeta ρ . ferrugines & subnigri, ut cuprei, imò nonnunquam ad terrorem quasi flammæ rutilantis que luminis; annis penè duobus circulum suum complet; Tychonis que iudicio, tredecim vicibus terrâ minor, at veterum sententiâ, sesquialterâ ferè vice, maior existit: Qui quando est in 27. gradibus ρ usque adeò videtur terra proximus, ut Luna, vel propior.

Planetarum medius Sol, candidioris, ad rubedinem tamen vergentiæ, vel flavi coloris, cursu suo retrogrado in Orientem, annum terminat; centies quadrages maior terrarum orbe definitur per Tychonem Brahe, eum ex veteribus alij, centum sexaginta duabus, alij 166. alij 167. vicibus, tellure maiorem existimabant.

Subsolare primum Sidus ξ . anno ferè, cursum peculiarem absoluit; sexies terra globo minus perhibetur à Tychone, quod antiquis tricesima sexta solummodo terra portio putabatur: buxens eius fulgor dicitur, amicissimus tamen splendidissimus que, ita ut ipsam stellam ξ superet, scabramque projiciat: Solem, aut præcedit aut sequitur, nequè ultra gradus quinquaginta unquam ab eo elongatur.

Sequens & minima erraticarum juxta ac inerrantium stellarum ξ . quam veteres, aliquot milleniis vicibus, magnitudine à terrâ superari, autumabant, Tycho autem, decies novies terrâ minorem statuit, tempus periodicum, ut ξ . annum propè habet, rarè conspicua, ob Solis radios, ut pote quem, intra 28. aut 29. ad summum gradus, semper comitatur; color autem assimilatur cinericio. Luna tandem Planetarum infima & terre proxima, est colore pallida, cursu menstrua, & corporis sui globo, quadraginta duabus ferè vicibus, terrestri minor: Eius magnitudo ad Solem, iuxta Tychonem, sic se habet, ut diameter Solis vera, Lunarem, decies octies ex ætè contineat, sitque ob id globosum corpus Solis, Lunari maius 5848. vicibus.

Terra insuper Circumferentia siue gyrus, continet 5400. Diameters autem (iuxta Astronomorum praxim) 1720. miliaria usitata siue Germanica, quorum scilicet quindecim, unum gradum Aequatoris in globo terrestri consuecunt; singula verò, sesquihore aut diuam circiter horarum spatio, communiter pedes peraguntur.

VIII.

Quoad fixarum porrò magnitudines; cum Mathematicorum schola, (excepto Tychone, à paucis quidem hac in parte intellecto) sex duntaxat earum differentias hæcenus tradiderit, licet reuera à dulpò plures & intermedia sint, atque adeò quæ eiusdem quantitatibus haberi diciquæ solent, vel

Ex Systemate
Astronomico
Barr. Kecker.
manni lib. 1.
cap. 5. in fine.


amplifudo
terre.

Differentias
stellarum fixarum
magnitudines siue
ordines.

rei ipsa, vel etiam oculorum nostrorum dispari & vario iudicio, notabiliter sepe differant; id quod, cum, ex ipsius Brahe, veterumque discrepantibus passim observationibus & annotationibus, tum etiam ex practica stellarum in caelo ad inuicem collatione, veluti Sirij, ad Procyonem, Spicam, Regulam, & alias primi ordinis, vel 19. stelle Septentrionis, ad soctas secunda quantitatís, & sic de reliquis minoribus, liquido apparet: Nos eadem recepta & usitata discriminatione contenti permansimus, addentes saltem ordinem septimum, stellarum scilicet illarum, quae ad communem sextarum magnitudinem non accedunt, & quae nonnunquam ad eò sibi inuicem, alijque cohererent, ut vel eadem esse, vel quasi alternatim tantum comparere videantur, cuiusmodi illae sunt, quibus in constellatione S. Michaelis, numer. 18. 25. 42. & in constellatione S. Petri, numerus 26. à nobis tribuitur.

Nebulosas (quas curvulas esse constat, parvularum, septimaeque minorum stellarum), prout praecipuas earum penitus obseruauit Bayerus, huicque operi, corollarij loco, distincte describas addere proposuit) certam magnitudine non definimus; quod & alij consueuerunt.


Praedictas autem stellarum quantitates, per omnes quas in praesens damus tabulas, vnde quaque pari formarum varietate distinctissimas, ita nimirum, ut stellam Primae magnitudinis representantes, asteriscus ta-


is - - - - - 


Secundi ordinis, talis - - - - - 


Tertij - - - - - 

Quarti - - - - - 

Quinti - - - - - 

Sexti - - - - - 

Nebulosas, indifferentis (respectu tamen lucidarum, quarta circiter vel quinta) magnitudinis, asteriscus huiusmodi - - - - - 

Atque hi quidam asterisci, singulari prerogatiua constellationum illarum proprij sunt, quas quaeque tabula principaliter exhibet, Vicinorum enim seu adiacentium Asterismorum stellas, tanquam istis non collucentes, lineolis crebrioribus nonnihil obscurare libuit, ad hunc modum - - 

Quae extra formam suae sparsiles antiquis fuerunt, vel etiam nobis adhuc sunt, quae ob paruitatem luminis hactenus neglectae, septimum ordinem nobis constituunt; differentes, tam inter se, quam à reliquis,

notas habent, has.

Informis secunda magnitudinis

Tertia

Quarta

Quinta

Sexta

Septima

His autem informium stellarum asteriscis adeo religiose semper usi non sumus, quia passim sparsiles seu informes eas, quas nostris imaginibus accommodauimus, modo ut quae extra formam sunt, modo ut reliquas intra formam consistant, describeremus: Cuius quidem varietatis haec potissimum est ratio, quod informium permulta, à recentioribus, in nonas ex integro formas redactae, vel, uti à Bayero, priscis imaginibus copulate, ab alijs verò & antiquioribus, nec obseruatae quidem, aut saltem in globis & tabulis eorum, omisse reperiantur.

De veris & realibus affixarum stellarum magnitudinibus, siue apparentibus earum in caelo octavo diametris, addo ex Tychoe Brahe; illustriores, seu primae magnitudinis stellas, duo proximè Minuta in diametro adimplere, praesertim ex ijs quae medio modo se habent, esseque earum ambitum, terrestris globi circumferentiâ sexages & octies maiorem; licet Alfaganne & veteres prodiderint, easdem, plus quam centies terram excedere: Secundi ordinis stellas, ex ijs potissimum quae magis praesminent, continere in suâ visibili diametro quasi sesquialterum Minutum, & superare terra molem viginti & octo vicibus cum dimidia proximè; quale stellas, antiqui, nonages terrâ maius existimabant; Tertiae classis stellas, splendidiore scilicet, Tychois peruestigatione, Minutum unum & paulo quid ultra, quasi $\frac{1}{2}$ Minuti partem per diametrum continent, sunt quae terrestri orbe maiores, undecim ferè vicibus; antiquorum verò cometeorâ, septuages bis. Quartas, reputat idem Braheus, tres quartas unius Minuti obtinere, terrâque sesquiquater maiores provenire; Veteribus, eas, quinquages quater hanc excedere, opinantibus. Quae quinti sunt luminis, Tychois iudicio, Scrupulum siue, Minutum dimidium occupant, ita ut paulo plus quam unam terrae diametrum adaequant, includantque huius terrae globositatem semel cum $\frac{1}{3}$: ut antiqui eas tricies sexies terrâ Maiores existimauerint. Sextae denum quantitatis stellas, tertiam partem unius Minuti, id est XX. secunda subtendere, terrestrique globo ter ferè minorem esse, arbitratur idem Brahe; qualem veteres, terrâ ad minimum decies sexies maiorem censuerunt.

Realis siue v.
in fixarum ma-
gnitudo,
Brahe in suo
Progym. lib.
fac. tr. & sec.

Affirmat itaque rectè *VV*ilhelmus Schickhardus in *Astroscopio suo*, veras stellarum magnitudines, verè ignorari, easque ex tanto intervallo accuratè scire velle, presumptionem esse & temeritatem.

Quod Schickhardus enuntiatum, confirmat ipse oculus humanus, cui, noctibus serenissimis æthera in propinquo sursum intentius perscrutanti, stellæ lucidiores, & quæ maiorem præferunt magnitudinem, quasi in medio aëris propendula ad nos, reliquæ verò & minuciores, maximo ab eâ intervallo in sublimi magis constitutæ, atque in profundo quasi Firmamenti, parum, aut nonnunquam vix visibiles, demersæ apparebunt. Adèò ut rationabili dubio cavere non videatur, verà ne & corporalis magnitudine ac lumine, an inæquali, eaq; immensissimâ à vultibus humanis distantia, stellæ inter sese magis differant. Qualitercumque tamen ista in veritate rei se habeant, Creatoris saltem incomprehensibilem & tremendam magnitudinem profitentur, ne dum si totius Expansæ infinitam vastitatè, terrestris globi quantitate dimereri tentemus, sed & si vel Eclipticæ aut Equatoris circulû ex stellis primæ magnitudinis mensuræ tangenti bus compositû, tanquàm tenue aliquod Cæli cingulû, nobis imaginemur, cum stellatû tale per orbem solum, quod 10800. dictæ quantitatis stellæ requireret, iuxta, Tychois, adeoq; pariorè & verisimiliore calculû, 734400. terrestris globos adequaturum sit. Ad quæ, DELICATE in *Virgine INCARNATI* extremam humilitatem, continere me non possum, quin cû Ecclesiâ Catholicâ exclamem: Sancta & immaculata Virginitas, quibus te laudibus efferam nescio, quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Neq; etiâ possum non obstupescere, DEVM hunc, hominû (non atomorum æquator) amore affici; hominem contra, non vereri, tot tantisque peccatis, EIDEM DEO, quotidie offensum se reddere.

IX.

Distinguntur etiam stellæ fixæ coloribus Erraticarû, tum simplicibus tum mixtis, prout unaqueq; huic vel illi Planeta magis concolor, aut composito ex diversis nitore, conspicua est. Distinctionè hanc colorum (quos Mathematici naturas stellarum passim vocant) ex Bayeri priorè *Vranometriâ*, præsentibus quoq; tabulis insertam, suis locis reperire est.

X.

Circuli seu *vía Lactea* (quam nos *Beatis* omnibus inscribimus, albuginemq; ex infinitis stellulis nebulosarû ut plurimû minoribus, compactâ credimus) margines, virgulis minusculis seu punctis adumbramus; notâ, ut opinor, sapientibus sufficiente.

XI.

Quod ad reliquos verò & imaginarios cœlesti Sphæræ circulos atti-

Colores stelle
tum fixarum.

Circulus La-
cteus.

Circuli Sphæ-
ræ imaginarij.

net eos ubique perfectos nec contortos dare descriptio in planis prohibuit. Nō offendatur itaq; beneuolus inspector, si alicubi deuiantes à recto inuenierit: Quos tamen omnino pratermittere ideo nolimus, ne rei in descriptione caeli tam solennis, obliui videamur, atque vel talis qualis notitia circulatorum illorum ex tabulis hysce nostris, hauriri possit: quantum autem hic deest, ex quouis globo facile supplebitur.

XII.

Quae in medio tabularum, punctis expresse sunt lineae, Polos Eclipticae & Mundi, situmque indiguitant, quo, quaeque Constellatio ad alterutrum eorum se habet: recta nimirum & quae asterisco superne notata est, ad priorem, altera verò & obliqua reduncoque cuspide praemunita, ad posteriorem seu mundi Polum, oculum deducente: fungiturque posterior haec linea, acus Magnetica seu Meridiana, vel potius Mediuocij vice tum imprimis, cum constellatio qua in tabula principaliter exhibetur, suo ordine, anni que tempore (quod, quantum pro re praesenti sufficit, infra suis locis indicamus) in noctis medio, medium quoque caelum seu Meridianum circiter obtinet: Illi enim horis, Constellatio in charta descripta, proprio suo caelesti, exacte respondebit, illudque cum adiacentibus sideribus cognitis facillimum & quasi obuium reddet, si tabulam tanquam piramidem nauticam sic dispositam teneas, ut cuspis linea Magnetica recta ad polum mundi Septentrionalem seu stellam polarem, inferior verò pars, ad Meridiem tendat, atque sic, directe sursum, & vel ad Septentrionem vel ad Meridiem, prout huic vel illi constellatio quaeque magis vicina est, instituantur collatio. Tabulae, quas Colerus seu Desfontaines Solisiorum per medium secat, vel quae verumque Polum, nempe Mundi & Zodiaci ipsa complectuntur, lineis his tanquam superfluis, carent: Transuersa autem sine magnetica tantum, contenta sunt, in quibus terminus, Dodecatemorei alius, per medium tabula, lineam rectam suppeditat.

XIII.

Numerus stellarum ubique adiectus, Tycheonicus est, quousque miris dinumeratio & ordo eius progreditur, qui verò Tycheonicos sequitur numeri, ex Claudio & priore Bayeri Vranometriâ, desumpti, & quae demum ex informibus antehac stellis nostris constellationibus accesserant, pro arbitrio quoque nostro in ordinem & numerum redacta sunt.

XIV.

Pariter in Metriâ & exaratione Asterismorum horum, stellarumque omnium, secutus est Bayerus imprimis calculum (non omnia tamen Praecessionis Aequinoctiorum ratione) accuratissimus illius Tycheonis Brabe, nonnunquam Clauij, saepe neutrum, ubi nimirum inspectio ocularis, propriaque supputatio, aliud docuit. Quo loco beneuolam specta-

Lineae Polares
sue Mediano-
dicae.

Coniungatur
his Moair-
III. post me-
dium.

Numeri stellis
adiecti.

Vranometria
per se vnde
desumpta.

tozem scire oportet, Eandem Constellationem, haud raro, diuersimodè representatam esse, aliter scilicet ubi propriam tabulam tanquam præcipua in medio obtinet, atque aliter, ubi solummodo ut alteri adiacens, repetita inuenitur: cum enim tam in numero quam situ stellarum, Antiqui à Modernis admodum differant, nec non Bayerus ab utrisque non minusquam discedat; placuit aliorum quoque, & imprimis veterum obseruationes, notabilioresque differentias, in constellationibus illis, quæ tantum ut contigua & vicina reteratæ sunt, passim adferre: Electa tamen, & dato pro certissimo & constantissimo illo situ, quem propria cuiusque Constellationis tabula, asteriscis non obscuratis, cum numerorum distinctione, proponit. Insuper & hoc habet Uranographia in tabulis planis, quod quò magis à medio earum discedunt confines stelle, ex tantò plus (præsertim concurrentibus in eadem tabulâ pluribus Dodecatemoreis) prospectum iustum immutent, & deuiare videantur: Potest etiam quandoq; dormire nonnihil, manus Sculptoris in tantâ asteriscorum multitudine & varietate, graduumque difficili ad pilum distinctione. Non offendantur itaque amicus Spectator, si omnia ad amissim in tam vasto, partimque posthumo opere, non statim deprehenderit.

XV.

Constellationum antiquarum varias appellationes, ex aduersarijs, & priore Uranometriâ Bayeri, in hanc quoque transfusi: de quibus ipse ibidem in Præfatione, lectorem ita monet. Habes quasi omnia ab antiquis frequentata Constellationum nomina, apta iuxta ac inepta, barbara, Arabica, Babylonica, Persica, dimidiata, & ut ita loquar, dilaniata, non autem eo animo excusa, ut barbariem inde haurias, sed potius tanquam contrarium iuxta se positum magis elucescens in faniorem & clarioram te traducat sententiam, &c.

His addidi restitutam à VVilhelmo Schickhardo pronuntiationem & interpretationem potissimum nominum Arabicorum in descriptione stellæ cæli passim occurrentium, hactenus insigniter deprauatorum. Quæ quidem restitutio ut tantò habeatur absolutior, suppeditauit idem Schickhardus, genuinam & vocabulorum illorum, singulari studio & beneuolentiâ in unam tabulam à se congestorum, numerisque distinctorum, orthographiam; quam prouidè proxime hic subiunxit Lectorem, in sequenti Asteriscorum descriptione, suis locis ad eam remittens. De his autem Arabicis nominibus in genere sciendam, plerisque articulum AL (vel pro consuetudine regionis pronuntiatum EL) aliquibus etiam voculam RAS, quod est caput, CALB. cor, DENE B. cauda, &c. præpositam esse.

Diferentias vel prospectus differens, eiusdè Constellationis, principali-ter, vel accessorie posite, qualis & videt

Appellationes Constellationum gentiliû.

Vocabula Arabica.

Post finem nempe monitorum istorum pag. 27.

XVI.

In particulari & quasi anatomicâ stellarum enumeratione & denominatione (quo ad Gentiles quidem imagines, nam in Christianis nemo præcessit) Tychoonis verba & distributionem, quatenus illa extant, præcipue retinuis; reliqua ex Caluso & Bayero qui, exceptâ saltem relatione ad dextrum & sinistrum, in reliquis (ut plurimum conveniunt) pertextus; annotatis tamen, ubi id res videbatur exposcere, magis insignibus, differentiis, qua inter ipsum Brabe & antiquiores aut Bayeri priorem editionem, passim intercedunt.

XVII.

Hæc stellarum denominationibus, ex eadem editione, adversariisq; Bayeri, nec non ex notis Hugenii Grotij ad Aratea Cesaris Germanici, &c, pauca quadam, & notatu digniora, omisis fabulosis & ad rem præsentem meo iudicio minus facientibus, annexi. In quibus quia de stellarum ortu & occasu variè sit mentio, monendi sunt Lectores in Mathematicis minus exercitati, Triplicem tradi astrorum Ortum & Occasum: Cosmicum nempe, Chronicum & Heliacum. Cosmicus seu matutinus dicitur, quo stella supra Horizontem una cum Sole aut paulo post ascendit: Occasus contra Cosmicus, quo stella manè sub exortum Solis in adversâ cæli parte, infra Horizontem descendit. Ortus stelle Chronicus seu Achronicus & Vespertinus verus est, cum vespere sub Occasum Solis, stella è regione supra Horizontem in Oriente emergit: Occasus Achronicus, quo Vespere stella aliqua cum Sole occidente infra Horizontem demergitur. Ortus Heliacus seu apparens dicitur, quo stella radijs Solis oppressa, rursus ex illis prodit, atque apparere incipit: Occasus vero Heliacus, cum stella antea conspicua ob accessum & præsentiam Solis, occultatur.

XVIII.

Insuper & hoc monendum, cum pro Astronomorum stylo, stellas aliquas Antecedentes, vel quæ præcedunt, alias vero subsequentes, siue eas quæ sequuntur, denominamus; sub vocabulo seu termino Præcedentium vel quæ præcedunt, ex duabus vel pluribus stellis aliquo modo coniunctis, eas intelligi, quæ ab Occidentali sunt latere; nomine vero & termino Sequentium aut earum quæ sequuntur, eas indigari, quæ Orientale latus respiciunt aut tenent: prout quotidiano cæli motu, sidera quæ ad ortum magis se habent, ea sequi videmus quæ Occasus sunt viciniora, atque è diverso, hæc illa præcedere. Pars autem Occidentalis præsentium Tabularum est, quam, qui eas prout dantur & non inversas inspicit, levis tenet, & ex qua numeri Dodecatemiorum seu gradus Longitud. ad dextram, Orientalem scilicet partem, procedunt. Plagam vero cæli Orientalem, docent templa Christianorum, quæ maiores nostri ita extruere consueverunt, ut Altaria & Chorus (ut vocant Orientem spectet. Facie itaque versus Ortum directâ, ex opposito seu à tergo erit Occasus, ad sinistram Septentrio, ad dextram Meridies. Cæterum, termini, Borealis & Quæ (id est stella quæ) ad Boream seu Septentrionem; similiter, Australior, & Quæ ad Austrum siue Meridiem, quid sibi velint, per se notum est.

Atque hæc quidem cum Mathematicam docere, neque huius instanti, nec etiam facultatis meæ sit) Constellationibus Christianis (de quibus solum laboro) pro re præsentis moduloque meo, præmissis sufficiat. Plura qui desiderat, ad libros Astronomicos, quorum quotidie novi doctique prodant, remittitur: Accipietque fortassis nonnulla brevis, cum Globis Christiani, quem Jacobus Barsebius, mecum; elaboratissimum parat, editione.

Monitorum finis.

Sequitur modò Tabula nominum Arabicorum, atque hæc, Descriptiones & Schemata Constellationum.

Particularis
stellarum de-
nominatione.

Pauca præ-
sentium
tabularum
nomina
quæ ab
Hug. Grot.
adducta.


Ortus & occa-
sus stellarum
Tabularum.

Terminis An-
tecedentium sub-
sequens: &c.

Orientis.


Globus cele-
stis Christi-
anus.

ARABICA NOMINA			
Stellarum Alphabeti ordine digesta.			
ألف	ألف	ألف	ALEPH
ب	ب	ب	BETH
ج	ج	ج	GIMEL
د	د	د	DALET
هـ	هـ	هـ	HET
و	و	و	JOD.
ز	ز	ز	ZAIN
ح	ح	ح	HET
ط	ط	ط	TET
ي	ي	ي	JOD.
ك	ك	ك	KAPH
ل	ل	ل	LAMED
م	م	م	MEM
ن	ن	ن	NVN
س	س	س	SAMEH
ع	ع	ع	AIN
ف	ف	ف	FAPH
ق	ق	ق	QAPH
ر	ر	ر	RES
ش	ش	ش	SHIN
ص	ص	ص	SAD
ض	ض	ض	ZAD
ط	ط	ط	TAV




Q

CONSTELL. II.



R

CONSTELL. III.



S

CONSTELL. IV.

SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS

Alia

CEPHEVS, Κηφείος, Βασιληῖος & Βασιληῖος ἀνήρ, Dominus Solis, Incensus Sonans, Iafides, Regulus, Ne-
reus, Διὸς γόνυ, Senex Aequoreus, Manilio Iuuenis Aequoreus, Babylonij & Arab. Phicares quasi πικροπέδῃ, Inflammatus siue Flammeus vel Flammiger,
ita ex Latino & Graeco corrupte Chrechius, Clechius, Cencus, Ceguus, Ceginus, rectius Chitcus, vel secundum orthographiam Schik. supra fol. 27. num. 68. Chiphus. Item Arabes, ut Bagmenia
& Aphostendana, huius Aetheris stellæ (o. 1. 1. 2. & 17. Pastores cum ouibus & cans. stellæq. 7. & 8. alij 5. & 6. similitudinem
alarum, siue hemicyclum pennarum exhibuerunt.

Europæi nunquam decedit, hoc autem situ summi & nobis in meridiano fissiur, sub finem Augusti & initium Sept.

Enumeratio Stellarum Imaginis.

S. Stephani.

- 1. In sinu humerum dextram in brachio.
2. In manu dextrâ.
3. In sinu femem sinistra, in veste.
4. Coniuncturam in cruce laevo medii.
5. Inferior siue Aethralis, quæ duplex.
6. Quæ has sequitur in veste.
7. In iuncto palmarum circa motum, duarum inferiet.
8. Superior.
9. Supra agent ianum in fumore.
10. In capite.
11. In cubito sinistro.
12. In cruce laevo coniuncturam superiet.

Cephei.

- 1. In cingulo. Cla. 3. in lacere sinistro sub cingulo. Bay. sinistro.
Lucida in humero. Cla. 4. Quæ supra dextrum humerum
attigit. Bay. sinistro, Arab. quibusdam dicitur. comitari
ter. Aetheris, ad Aetheris, Alderatus, Schick, Alderatus.
causatur, id est brachium dextrum.
In sinistro humero. Cla. 8. in brachio sinistro, Bay. supra
humerum dextrum.
Quæ in iuncto sequitur ad Berem, Cla. 6. Bay. 10. Media
in sinu. In vestis.
Aetheris. Cla. 6. Bay. 9.
Quæ in iuncto ortus Cla. 12. Inferius quæ sequitur in iuncto.
Bay. in fronte.
Dextram, quæ in fissura brachij Aeth. Cla. 14. Quæ dex-
trum cubitum laevo contingit. Bay. Ad manum sinistra,
& 10. & 11. & 12. Australis.
Borealis. Cla. 15. Quæ sequitur eandem eos am attingit.
In qua in humero, Cla. 7. Quæ in veste, Bay. Ad hu-
meri dextræ summitatem, & 7. & 8. & 9.
In dextro pede. Cla. 1. Bay. In laevo sinistro.
In sinistro pede. Cla. 2. Bay. In humero dextro.
Hanc causam quæ, Tycho & Claus. non habet. Bay. Care
in. Trans præp. auriculam totius.

S. Stephani.

- 13. Circa medietatem cruris dextæ.
14. In genu laeo.
15. Ad eorundem ianum in veste.
16. In brachio sinistro præp. manum.
17. In eodem præp. humerum.
18. Ad articulum ianum in capillu.
19. Quæ in ad dextram.
20. Ad vertebrium manus sinistra.
21. 22. 23. 24. In sinu pectus quæ cuor paratula.
25. In brachio dextro infra cubitum.
26. In eodem præp. vertebriam cruris.
27. Inter vertebra quæ ad abscissionem rami palmarum.
28. Ad articulum genu sinistra.
29. In hoc in veste quæ, eadem paratula.
30. Ad cruram dextram in vestimento.
31. Ad digitos pedis sinistra in lapide primo seu Boreo.
32. 33. 34. Australis tres in lapide bus proximo.
35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. In lapidibus, septem relique adbe-
magit ad Austrum.
42. Quæ præp. 3. & 11. in veste.
43. In cruce palmarum summa.


Cephei

Plinius.
In cruce.
In dextro brachio, & 10. & 11. & 12.
& 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43.

Participans omnes colores R. & V.


A. Polus Eclipticæ. B. Polus Mundi. C. Circulus Poli mundi Boreus. D. Circulus Poli Eclipticæ Boreus. E. Pars constell. S. Crucis & Helene. Cygni. F. Coniunctio S. Marie Magdalene. Cestipe. G. S. Michael.
H. Colarus siue definitio Sciticismi. I. Definitio Equicæ Choræ. K. Stella Polaris. L. Pars SS Innocentium. Draconis. M. Coniunctio Sepulchri XPI. Andromede.
Sollam 9. quæ Ciano est 7. ipse. Ptolemaeus fecerat in pectore colatæ. Vnde colligitur licet, stellæ hæc in omni tempore & ab omnibus, inuenerunt. Quia in pectore, dicitur in fuisse. appropinquat autem articulo quidam, ideo sententiam ptolemaei regæ in calo
& ptolemaei ptolemaei proponi, quæ Soluta sit ignoti. Ego, id emendatum inuenerunt in fuisse inuenerunt. Vnde dicitur, inuenerunt in fuisse inuenerunt. Vnde dicitur, inuenerunt in fuisse inuenerunt. Vnde dicitur, inuenerunt in fuisse inuenerunt.
Cepheo, ab Antiocho nomen Sollam, Cicero autem 5. Tullius. causa de eo. Nec 2. 10. ad Titum Iulium ceterum, esse Ptolemaei nomen Sollam. Ceterum, nec Hellæno Cepheo cum Socrate, quæ in fuisse inuenerunt. Vnde dicitur, inuenerunt in fuisse inuenerunt. Vnde dicitur, inuenerunt in fuisse inuenerunt. Vnde dicitur, inuenerunt in fuisse inuenerunt.
fabula tradidit. Dicitur autem Cepheo, Dominus Solis, propter quæ & 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43.

Reliqua huius Constellationis, videntur in Praefatione pag. 10.



T

CONSTELL. V.



CONSTELL. V. b

SACRATISSIMI FLAGELLIXPI SALVATORIS.

Alia

COMA BERENICES, vel Beronices, Crines, Cincinnus, Cæsaries, πλάκαμθ, πλοκαμῖς συστρεφῖ,

Trica: Terica: Triquetra: Rosa, nonnullis Fusi, quibusdam, vt Bayero, Spicarum manipulus, hinc Arab. Alzimon, Azimeth, Azimech, Schik. vt in tab. fol. 27, num. 35. Huzimehon quod est manipulus vel fascem (scilicet aristatum) significat: tenet hoc idem vocabulum Spica Virginis, prout annotatum Conit. XXVII. Ptolomæus. Comam γυμνάσιον in folio heraceo similem dicit.

Circa medium nodis in Meridiano deprehenditur, sub finem Martii.

Enumeratio stellarum imaginis

Flagelli XPI.

Comæ Berenices.

Flagelli XPI.

Comæ Berenices.

- 1. Quia lotis sua, scilicet maximè ad boream se apparet, non omnino terrie imagin.
- 2. Mac proximè inferiorum & contiguarum trium in ipsa lotis superior.
- 3. Media.
- 4. Inferior.
- 5. Aduè Australiorum duarum ibidem præcedens.

In confide prima, & borealis trianguli. Clav. num. 6. Inter extrema L. totius & V. supra ubi se inuoluntatem vocat Berenices crines, qua maxime borea, luminosa circa Q. Superior contiguarum, hinc ad austrum sequens. Male, seu pertinet ad stellam B. C. denotantur illa, boreæ respicienda. Inferior secundum. Est media. Quæ contigua duæ sequitur. Pertinet ad stellam 70. 96. Sicut. Præcedens duarum Australium contiguarum. Clav. 7. Australiorum duarum præcedens, Obliqua circa Q.


- 6. Sequens.
- 7. Quæ postè in eadem quasi linea Meridiem in lotis.
- 8. Duarum hanc iterum ad boream sequentium superior.
- 9. Inferior.
- 10. Quæ in lotis ad austrum figuratur.
- 11. Trium in manubrio flagelli, vltima.
- 12. Media.
- 13. Præcedens.
- 14. Quæ ad austrum cum his triangulum reddit, in lotis.


Altera contigua ut Orionem. Clav. 8. Quæ sequitur in figura solis hederæ. Obliqua circa Q. Omnia præcedens ad austrum, Superiorum contiguarum sequentium. Perpetuum, sed transmissi debet ad stellam 2. Altera & præcedens. Inferior & sequens. Comæ stellæ 4. Postremæ australium comæ. Quæ hinc præcedit. Quæ inter has & primam in confide. Quæ est in Australi confide trianguli parvi.

A. B. Confinia Nativitas S. Petri. V. V. maioris. C. Lucida remi dicitur Nativitas. Informis lucida V. V. Mai. D. Pars S. Thomæ. Louis. E. Consermna S. Iacobi Minoris. Virginis. F. S. Silueker. Boocæ. G. Troicus. H. Colerus sine Definitio. Equinoctiorum.


Constellatio hæc, est Bayero in priore sua V. V. summa, Bost, autumno 16 de confinem eius, admerie, Not tamen ad maiorem XPI. usque, causa Flagelli hanc etiam, præcedens tabulâ exhibendam, & quæ effratum Asteriorum erit & dimioratio minus turbetur, tanquam sidera. Siluestri collata, sub eiusdem numero P. cum illis hinc B. eorum hinc inferiorem dicitur. Cardinalis Cæsar Beronice & Anton. H. E. de stellâ circa Christi XXXI. de Flagellatio tribus traditur, si tenet alia: Quæ quidem in de observatione diversis ostentum in hoc ipso Soli & Damocum (quod est Venus & Philipp. 2. Mercurius formam induisse, dum per ipsa stellâ ad i. Astrum austrum stellâ, liberum autem Virgini nescitibus efficit, antiqui Romanorum turcibus stellâ tradiderunt: Pandorum L. 6. ff. de reud. vna & P. Pandus in L. 1. de accusat. & Callistratus in L. Capitulatio §. 2. ff. de pœnis. Cui non alio modo est quod E. Ludovicus Grammatice in Exercitijs meditatæ his verbis illud est Snuæ & maximæ & mirabilibus hanc miramur. Quæ quæ cognovisset degenam humilitas Dei flagelli fore laterem aut Prophecia dicit: (P. 1. 90.) Dominus altissimus voluisti regnum tuum non accedat ad te malum, & flagellum non appropinquabit: tabernaculo tuo. Quæ res aliter est & reverter ab alterum & gloria Dei, quæ humilitas & indigentia flagellorum? Hæc pena propria est severum & furor, cuius civitas quæ non Romanorum Clav. subditio erit, quantitatibus res & alij supplicio hanc: vna autem erit Sicut, & Damocum tali. Creator mundi, Angelorum gloria, Sapientia & potentia Patri, Spiritus Dei Sicut, flagella edatur. Vnde merito, in Paradiso Spissi & Spissi, E. Ioannes David, dicit. I. E. V. exclamavit & vocat. O aucter Christi in comprehensibilis: in terra maris inferi eundem tuigitur! Pœnitentiam quidem generat mortem, sed quia ferris, & mors, dicitur: ante Sicut iniquitatem sapientia & in multitudine, & Vbi auidetur dicitur in ipor abumidare & gratia. Tamen cave quæ sitis et, in finibus terre, propter quod Virgineum dicit Christi corpus flagellatum est: sup. in lingua hominum alius modo flagellari contigit, sup. solentem eorum exempla dicitur. Quæ in summatum Virgine eius in parva quæ potest, cum Ionathâ (1. Reg. 14.) Omne melle est: & in omnia illa non uti percipies Sicut. Dominus correperit in eum hoc mundo dicitur: non tu better cor tuum seculare & iudiciorum sui aucter virga summatum. Efficit 1. & 2. Sicut aucter in summatum Virgine eius in parva quæ potest, cum Ionathâ (1. Reg. 14.) Omne melle est: & in omnia illa non uti percipies Sicut. Dominus correperit in eum hoc mundo dicitur: non tu better cor tuum seculare & iudiciorum sui aucter virga summatum. Efficit 1. & 2. Sicut aucter in summatum Virgine eius in parva quæ potest, cum Ionathâ (1. Reg. 14.) Omne melle est: & in omnia illa non uti percipies Sicut. Dominus correperit in eum hoc mundo dicitur: non tu better cor tuum seculare & iudiciorum sui aucter virga summatum.

Hic accedat Præfatio, sic. 10.











Aa

CONSTELL. IX.



Bb

CONSTELL. X.



Cc

CONSTELL. XI.

CONSTELLATIO. XI. SANCTI PAULI APOSTOLI, GENTIUMQUE DOCTORIS.

Alias

